Rociſci tiroꝝ qui intrāt ī tiriaca magna ſic fiūt.inuenies tp̄e veris nō ꝓpe aquas ſalſas vel dulces.ſed p̄cipue ⁊ ꝓprie vbi creſcit fenicul⁹ viperā ſeu tirū ſeu curſonē iuuenē flauū pinguē feīaȝ.ſ. pluſq̄ duos dētes hn̄teȝ oculos rubeos.⁊ linguā bn̄ mobilē:mandibulis magnis/aſpectu terribilē/cornuaq̄ȝ in modū g̃ni frumēti/capite lato. collū gracilē/⁊ anū ꝓpe caudā ſubtilē/ventrēq̄ȝ durū ac vnitū/⁊ verberetur fortiter ſtati virgis g̃cilib⁹.abſcindat̄q̄ȝ ſubito caput ⁊ cauda mēſura quatuor digitoꝝ.ꝑmittat̄q̄ȝ ſanguinē effluere bn̄:qui niſi agitet̄ ac effluxerit bn̄ nō imponat̄.poſtmodū ſcoria reſiduū ſup remanēs ⁊ viſceribus abiectis p̄cipue felle/laua tādiu cū aqua ⁊ ſale vſq̄ȝ quo aqua remaneat clara.deinde fruſtrati coque olla noua aut ſtagnata igne forti ex prūis quercis in aq̄ dulci cū ſale.⁊ raīs aneti:modicoq̄ȝ olei cōis vſq̄ȝ ſpine ſepent̄ a carne:quib⁹ abiectis caro ſic p̄pata ē vltīȝ in cōfortatōe viſus.Caro bn̄ exp̄ſſa terat̄ bn̄ ī mortario marmoreo vel molari cōmiſceat̄ tantūdē farine orobi pīguis ac groſſi vel radicis ciclamis diſtēpate cum modico iuris ipſi⁹ et inūctis manib⁹ ac digitis cū balſamo informētur trociſci ſubtiles quaſi.ʒ.i.⁊ ß.qui exſiccētur in vmbra ſup cedaciū voluendo de hora in horā.Tactus eīn radii ſolaris tūc vel poſt dep̄dit vim totā formaliorē p̄ſeruatiuā venenoꝝ recōdant̄ in vitreo. Seruātur ꝑ annū.

## Trociſci ſquillitici. Capi. clxvii.

Rociſci ſquillitici dicti de ſquilla.dati cū decoctōe polipodii quercini.aniſi ⁊ maratri incidūt ac diuidūt hūores groſſos ac eos educūt interdū ꝑ ſupi⁹ ⁊ aliq̄n ꝑ inferi⁹ ⁊ intrāt in alīis medicis.q̄ ſic fiunt. Collige ſq̄llā/maritimā/humidā/pōderoſaȝ/nō nimis paruā.nec nimis magnā tp̄e trite meſſure in paſta fermētata īuoluta.coq̄ ī furno extracto cinere ſup tegulam quouſq̄ȝ paſta fuerit bn̄ cocta.Deinde extrahe de paſta ⁊ abiectis corticib⁹ ſupiorib⁹ ac corde ipī⁹.Tere optīe in mortario lamīas intermedias:⁊ adde tātūdē farīe ſubtiliſſime orobi alias radicis ciclamis ⁊ cū melle vel vino odorifero informa trociſcos inūctos maīb⁹ cū oleo roſaceo q̄ deſiccētur in vmbra q̄ orob⁹ ſi deerit pōe tantūdē ciclamis.repōantur invitreo.ſuātur biēnio

## De opiatis Ca.clxviii

Voniā de⁹ ꝑegit cūcta cōmoda tpib⁹ cōgruis.ideo miſter ei⁹ cōſulte maxīe tp̄e cōgruo opiatas ſalubres excellētes precipue morbis diuturnis mēbra cofortādo reliquias hūoꝝ cōſumēdo ac deſluxū hūoꝝ ꝓhibēdo q̄tin⁹ ſanatōeȝ afferāt ñ leſionē d̄bita q̄titate ac naīa tp̄e

(c).2006 Ministerio de Cultura

congruo exhibeāt. Tiriace eīn̄ g̃. vi. ordei exhibita a quatuor medicis re-
gis marochi adoleſcēti ac cōualeſcēti ipm̄ interfecit eadē hora poxiſmi:
quia exhibita fuit ante ſeptimā acceſſionē cathochimia dominā̄te qua-
re cautific⁹ miſter ea offert cathochimia natura vel arte prius diminuta
niſi interdū purgeat neceſſitas. vel ut aliquā̄do exuberā̄t humores ſubti-
les multi reumatizā̄do ſuffucationē vel paliſim inducē̄tes. et tunc a pri-
mordio offerē̄da eſt opiata fortis/ aut aurea vel metridatū. Si aūt fue-
rint hūores leves ⁊ pauci pōt offerri opiata leuis a principio. vt ru. tro-
ciſcata vel muſaenea p̄cipue in inicio noctis. Uerū quā̄do queritur per
opiatas materie cōſumptio ac ꝓhibitio cōgrue offerutur hora quacūqȝ
diei ꝓut expedit neceſſitas. uelut aurea ante peroxiſmū quotidiane ca-
chochimia diminuta. medicina eīn̄ pollens vicibus opiate ꝓpinata ca-
chochimia denominata multiplicat febres. vt duplicā̄do vel triplicando
quartanā. Dantur etiā interdū ad mitigā̄dū cruciatus īmenſos dolorū
vt philoniū ī colica. Neceſſitamur etiā eas miſtrare interdū ā̄te peroxiſ-
mū quaten⁹ mitigent malignitatē eius exacerbatōnis quas felicitat ob-
latio cū aliquo cohabē̄te aſpectū ad mē̄brū leſum vel morbū. que quidē
quā̄to antiquiores nō tabefacte tā̄to incolumiores. velut poſt menſes
ſex. niſi forte querat̄ virtus parcialis ꝓut ꝓpinatur requies in declina-
tione febriū exſiccā̄tiuȝ febriū cū ſirupo nenufarino quaten⁹ ſompnū in-
ducat. Que etiā dā̄de ſunt ſtomacho vacuo. ⁊ ſuper eis eſt ieiunandum
quaſi horis ſex niſi purgeat neceſſitas. Et ſunt offerē̄de maxime fortes vt
filoniū forti vrgente neceſſitate ꝓprie cū iam oīa nō contulerūt. Doſis
eaꝝ plurimū ꝗ eſt a. ʒ. i. vſqȝ ad. ii.

## Tiriaca anthonomaſice. Capi. clxix.

Tyriaca anthonomaſice p̄celſior medicinis cunctis: p̄cipue cura-
tione venenoꝝ. intp̄tata domina medicinarū. Dicit̄ magna pro-
pter multimoda magna cōmoda que pre ceteris affert corpori hu-
mano. Uel dicit̄ ꝓprie ſic vt iohā̄nici⁹ edocet eo ꝙ cōfert illationib⁹ oīuȝ
animaliū venenoſoꝝ ceteroꝝ dictoꝝ grece cha. inde dicit̄ tiriaca. Tiria-
ca vero dicit̄ alfaroth. i. ſaluatrix d̄r a galieno q̄r galien⁹ eam inuentā ab
andromacho ꝑfecit ipſa calida ⁊ ſicca quaſi in fine ſcd̄i gradus amplec-
tans modos ſanationis oēs. vis ipi⁹ eſt mediatrix inter corpus ſanabile
⁊ venenū: eſt q̄ſi nature clipe⁹ defendit eīn̄ eam a cōtrario quocūqȝ q̄te-
nus ipſa reſpicit ꝓprie venena ⁊ humores fleūaticos ⁊ melā̄colicos p̄ci-
pue venenoſos et fortaſſe colericos valde egreſſos a naturalitate velut
fluxū vel voītū ꝑniciosuȝ colere erugioſe vel porrie emittit q̄ ac exſiccat
hūores oēs ſupꝑfluos intrīſecos ⁊ extrīſecos. Ipā etiā p̄ſuat ac libat ab
egritudib⁹ venenoſ corp⁹ qȝ totū hūanuȝ ꝓnū elabi īfirmitatib⁹ duris ī-
colūe cōſuat p̄cipue deſcriptoꝝ: ſcd̄ario ſenū ⁊ cachochioꝝ iuuenib⁹ cū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

maxime colericis denegetur vſus ipſius niſi perurgente neceſſitate vene ni. Senſus acuit. preſeruatqȝ a corruptōne imaginatiue. colorem natu ralem viuificat ac confortat. digeſtionēqȝ leſam frigiditate corroborat. cachochimiā et humores ſuperfluos conſumit. cohercetqȝ defluxum ac putrefactionē ipſoꝝ humoꝝ. nulla medicina equipollet ei in obtēpādo completionem humanā / ac etiam in conferendo in letificationē ꝛ con fortationem cordis inablatione que triſticie ꝛ anxietate ac malicia com plexionis ab eo. Tardat ſenectutem ac caniciem accidentalez ſanitatem conſeruat. corroborat corporis vires. longitudinem pſtat vite. mem bra principalia confortat. cor. ſ. cerebrū. epar. ꝛ ſtomachū. Corpora etiā ex generatione lapſa in frigido ꝛ humido: maxime quibus membra ner uoſa ſunt debilia. pcreāturqȝ hūores venenoſi: pſeruat ne vlteiores lap ſus incurrant / velut paraliſim / tremorē / apoplexiā / epilenſiā / ſincopim et arthreticā. ipſa conſumēs ſupfluitates frigidas ꝛ humidas. confortat cōplexionē frigidā ꝛ humidā quibus membra neruoſa ſepe ledūtur etiā eſt in eis peculiaris. Doſis eius augetur vel minuit aut iteratur a pon dere lupini vni⁹ vſqȝ ad. ℥. i. ꝛ ß. Contra ictericiā ꝛ fiſtulam / morſurā ſeu vulnus venenoſoꝝ omniū offeratur ipa tiriaca magna cū decoctōe gen ciane / diptami ꝛ ariſtologie. lō. iterādo ſi fuerit neceſſe ac ſupemplaſtrē tur poſt ſcarificationē fortem. verū cōtra morſurā rabidi offeratur per annū de. xv. in. xv. diebus. Poſt purgationē. ℥. i. ex ea cū vino decoctiōis genciane ne forſan anno reuoluto venenū latens interficiat morſuȝ illa tione freneſis. Sumpta ante cibum vel poſt valet contra cibū toxicatū. Pondus auellane vni⁹ ex ea data cum. ℥. iii. cū decoctōne mirre confert morſu a lacerta. Data cū vino decoctionis gentiane diebus quindecim valet ydroforbie. Data in quātitate fabe magne cū. ℥. iij. vel. iiij. aque calide, ante cibum preſeruat a nocumento aque corrupte vt nauigando. ℥. i. ex ea dat⁹ cum vino liberat a nocumento aque corrupte. Lupinus vnus vel faba egiptiaca ex ea datus cū. ℥. iij. vel. iiij. vini ꝛ aque compe ſcit rigores / frigores et vomitū veniētes principio febriuȝ quibus timet mors. ℥. i. ex ea. datus cum vino decoctiōis germādre cachochimia dimi nuta curat quartanam ex melancolia naturali. confert etiam febribus ſextanis vel octanis. Data cum quadruplo rubee, trociſcate ꝛ vino lim phato confert quartane ſanguinee. et cū eo confert quartane ex colera aduſta / et ex fleumate ſalſo. Dando. ℥. i. ex ea cum vino cachochimia di minuta ante horaȝ acceſſionis curat quotidianā ex fleumate naturali. Date cū decoctōne aniſi, et mente curat quotidianā ex fleumate vitreo. vel acetoſo. Mixtura equalis cū ea et aurea alexādrina confert epilenſie Data cū oxielle ſqllitico vel ſimplici cōfert apoſtēatib⁹ duris ꝛ opilatis abſqȝ febre data pluries cū dcoctōe ceterach cōfert cācro vel lupo ātiqs

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Data cum decoctõe agrimonie confert fiſtule frigide ac calide. ipſa pro
bata conferatur nõ febricitãtibꝰ cũ vino antiquo:ac ſupponat̃ antraci
ſeptendio ⁊ carbũculo ter in die vſqȝ rũpatur:confert etiã vlceratis. Bi
bita ac ſupemplauſtrata curat puſtulas malignas que quãdoqȝ veniũt
quãdoqȝ recedũt:quaꝝ cauſa ignorat̃. Galienꝰ aſſerit ꝙ reſoluit apoſte
mata ac aperit ſuꝑ emplauſtrata vlcera etiã difficilis curatõis illeuiant̃
cum ea.quãtitas fabe romane ex ea data cũ.ʒ.i.⁊ ß.aque calide p̄ſeruat
ne morbi ꝓlongati inducãt corruptionẽ forme.ac ne dolorem ꝓcreẽt in
aliquo mẽbro nobiliũ vel matrice apoſtẽatõe. Cõtiuata cũ decoctõe yue
vel rute in quãtite auelane confert artheticis/ ſciaticis/ podragriciſ. Nõ
ſi aliquis bibat in declinatiõe ipſius ſemel in menſe liberat ꝑfecte abſqȝ
dolore. Cõfert dolori ſpine ex frãte.ac dolore cuiꝰ cã ignorat̃. Dãdo ex ea
ꝑtes tres.ʒ.i.ſemel ĩ ſeptiana cõfert dolori coche ⁊ tibie. Data cũ d̃cocti
one coſti de.xv in.xv.diebꝰ confert ſpaſmo ex repletõe ac ex veneĩs aĩaliũ
vel corroſiuis. Data cũ decoctõe fumi terre poſt purgationẽ cõfert val/
de egritudinibꝰ inficiẽtibus cutem / vt eſt ſcabies inueterata /impetigo/
ſerpigo/ tinea/ pruritus/ barras ⁊ morfea verũ locus morfeatus inunga
tur cum ea diebꝰ quindecim.⁊ barras poſt rubificatõnem.vtaturqȝ diu
contra eam. Data ſepius cum eadem curat habundantiam pediculoꝝ.
Data.ʒ.ß.pluries ex ea cum oximelle tardat caniciẽ accidentalẽ ʒ.i.ex ea
cum alio auree alexandrine:⁊ cũ ſucco fumi terre confert malo mortuo
ʒ.i.ex ea ſumpta pluries cum ſucco mente emendat valde lepras varias.
confertqȝ valde declinatõni ipſaꝝ. Dataqȝ.ʒ.i.ex ea de.xv.in.xv. diebus
cũ ſucco fumi terre ẽ ex melioribꝰ medicis elefanſie ⁊ tirie ac leproſis.ex
infectõne poſt coitum leproſi frigidi. Oblata cum duabus partibus ru
bee trociſcate cum ſucco eodem eſt ex melioribus medicis leonine/alopi
cie ac lepre poſt coitum leproſi calidi confert ꝙ gutte ro. Data cuȝ ſucco
liquiricie et tepida de quinqȝ in quĩqȝ diebus confert ſcoriatõni cutis.
Data cũ decoctõe ſticados confert ſare et epimatice melancolice et ſunt
tuboroſitates poſt ſudorem pruriginoſum ſubitaneum. Data cum cali/
da confert conſumptõni corporis abſqȝ cauſa manifeſta.vt ex venenis.
Dando pluries ex ea.ʒ.i.cum decoctõne ſaluie vel rafani:curat parali/
ſim /torturã/ molliciem /tremorem et iactigationẽ. Data cum vino aro/
matico confert manie/ melãcolie /algueſgues/ ſeu ſecum qui loquitur vt
intibus /ſeu incidenti inuie/ ut capra aque ſuper natitans et amori ere/
os. Uerum contra leprã/ barras /paraliſim /maniã /melancoliã/ morfeã
ſpaſmũ/ torturam /molliciem membroꝝ/ prefocationẽ ſpiritualium/ epi
lenciã /triſticiã /ac anxietatẽ/ detur poſt euacuationẽ continuãdo diebꝰ
quadraginta. Si vero inualuerit egritudo detur per annum. Data cuȝ
decoctione ypoquiſtidos ſiſtit omnem fluxum ſanguinis narium ⁊ me/

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtruorum. Data re. ſ. citra quatuor menſes cum modico vini limphati
cum calida prouocat fortẽ ſompnũ. Confertqz ſputo ſanguis vndecũqz.
Dando. ʒ. i. ex ea cũ decoctõe olibani ꝛ balauſtie ſiſtit decurſuz humoꝝ.
ꝛ catarrũ. Data cũ decoctõe mirre retinet ſudorẽ diaforeticũ Data cum cont^a ſudore
vino veteri eſt cura ſubet ex frigore exteriori. Si dentes litargici abſqz fe
bre cõſtringãtur ꝛ fricentur cum ea prius poſt digeſtionẽ ac offeratur ꝛ
confert. Dãdo. ʒ. i. ꝛ ß. ex ea: liberat apopleticũ a paroxiſmo: ꝓcipue ſi fricẽ/
tur palat⁹ ꝛ lingua cum ea diſſoluta in vino maxĩe criſterizatõe ꝛ frica
tione extremitatũ Data ʒ. i. ꝛ ß. uel. ℈. ii. ꝛ ß. ex ea pluries cũ decoctõe ſeis
peonie rõane poſt gargariſmũ cum aceto ſquillitico curat epilenciã flã/
ticã preter catalentiã. ℈. i. ex ea: ꝛ ali⁹ ex ru. troſcicata. dati cõferunt epi
lencie ſanguiee: ꝛ cum aurea alexãdrina Data cum eadẽ decoctõe cõfert
epilẽcie: uel matri infantiũ fricãdo dentes cũ ea liberat a paroxiſmo epilẽ·
Gargarizata quantũ eſt faba rõana cum aceto ſquillitico confert epilẽ
cie ꝛ paraliſi. Danich. i. ex ea cum grano vnius muſci iniectum naribus
cum ſucco maiorane: vel rute confert epilẽcie et paliſi iniecta narib⁹ cuʒ
ſucco rute, remediat paroxiſmũ epilencie. Data cũ decoctiõe gariofoli con
fert torture ex tremore. ℈. i. ex ea. ꝛ alius auree alexãdrine datus pluries
cum decoctõe mirtilloꝝ, confert leſioni memorie: aufertqz obliuionẽ. ʒ. i.
ꝛ ß. ex ea data cum decoctõe maſticis curat ſcothomiã. Data cũ decocti
one betonice: ac inuncta cum oleo liliaceo / curat cefaleaz / emigraneã ꝛ
vertiginẽ vie frãtis: ac ex venenis. Leniẽdo caput cũ ea diſtẽpata cũ ſuc
co mẽte. cõpitur cõferre dolori capitis frĩ. Gargarizata cuz calida dimit
tit fleũa interdũ a capite. Uſus ipſius cum vino decoctõis eufraſie: con
fert viſui. Collirizata cuz melle quo apes fuerint mortue: confert panno
oculi. Potus ipius cum decoctione eufraſie uel feni / aut iniect⁹ ꝑ nares
et aures confert obtalmie frigide. Diſtẽperata cum modico vini dulcis
cum modico ſene infundẽdo lanam cum eo ac auribus ĩmittendo. curat
dolores fortes ac tinitũ earũdẽ. Bibita ꝛ ſuper emplauſtrata corporib⁹
tentaqz catamodicũ in ore confert valde dolori dentium frigido a capite
vel ſtomacho liniendo. Linitio cum ea cõfert groſſiei labioꝝ ex frigido.
Data cum decoctõne nucis muſcate diebus quĩdeci. cõfert fetori anhe/
litus a ſtomacho: criſterizãdo prius cum acutis. Colluſio oris ex ea cum
ſucco mente confert fetori oris ex gingiuis vel ex humorib⁹ frigidis dan
do fabam vnam ex ea cum infuſione abſincii decendio: aufert croceitatez
faciei. Fricando linguam pluries cum ea ꝛ aurea alexandrina / ꝛ caſto
reo confert molliciei ac humiditatibus lingue. Data cum diaolibano
in ieiuno: confert ſquinancie reumatis ac caſui vuule. ¶ Data cum
decoctione modici pulegii ſtiptici qualis creſcit in alamania ſiſtit reu/
ma ſtillans confert ſpuenti ſanguinem. ꝛ habenti vulnus in ſtomacho.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Data cum decoctōne aromaticoꝝ/vel cū vino aromatico velut neapu/
lenti:cōfert cordi: debilitatiqꝫ ipiꝰ cardiace triſticie ac ſmcopi frigidis:
ac defectui ſpirituū ⁊ caloris naturalis fricādo os cū ea ⁊ potiōe muſca.
confert peroxiſmo ſmcopis.et cū vino decoctōnis bugloſ confert melan
colie. Data cū vino decoctōnis olibani confert arteriacis ⁊ empticis vi
cio pectoris vel pulmonis cū vīo cocto Dādo.ʒ.i.⁊ ſ. ex ea cuꝫ aceto lim
phato confert ſputo ſanguis recenti ex reumate vel diſtenperācia frigi/
da. Et recens data cū decoctōne olibani in pluuiali diminuendo doſim
die qualibꝫ ſiſtit ipm malignū fluxū. Lupinus ex ea datus cum minus
ʒ.i.aceti ſquillitici confert conſtrictōni anhelitus. Data cum oximelle
poſtmodū cum vino decoctōnis praſſi/vel in pillulis cuꝫ puluere mirre:
confert poſt puris eruptionē contra raucedinem vocis ex opilatōne uel
reumate a cerebro vel aſmate Teneantur pillule ex ea addito ſucco liqui
ricie/poſtmodum vna ex eis cum melle ⁊ dragaganto. Data ad quāti/
tatē fabe cum ydromelle cū rop vuee aut tenta in ore confert cōtra abſci
ſionem vocis:ac conſtrictionē pectoris quibus timetur mors ſubitanea
cum ꝓuenit ex cibis.ipſa enī data cū pleno ore ex ſucco ſpine albe cōfert
vlceribus pulmonis:maxime antiquis dando lupinū ex ea cū decoctiōe
aniſi vel iulep cuꝫ ineſt febris confert dolori lateris vel pectoris antiquo
ex hūore ventoſo vel viſcoſo. Lupinꝰ vnꝰ ex ea datus cū vino veteri/vel
cum ſucco mente confert boliſmo/ſingultui ac vomitui frigidis nequeū
tibus digerere cibū cū defectu appetitꝰ interiꝰ ſtomachū aceteт citra hu
miditatē ſtomachi/vel debilitatē virtutis aut caloris naturalis Pōdus
auelane vniꝰ ex ea datum cum.ʒ.vii.vini fortis confert appetitui cani/
no. Data cū vino decoctōnis aniſi:aufert inflāmationē ⁊ eſtuationē a/
cetoſam.ʒ.i.data ex ea cum vino antiquo confert ſtomacho leſo ex frigi
ditate abſqꝫ materia/ſeu deſtructiōe appetitꝰ frigiditate. Data cū infu
fuſione ligni aloes ⁊ maſticis depoīt hūores malicioſos cauſantes quo
amputat faſtidiū.ipa etiā confert faſtidio abſqꝫ materia. Data cum de
coctiōne balauſtie cōfert omni fluxui ventris diuturno ex hūoribus fri
gidis ⁊ hūidis.ac etiā cuiꝰ cauſa ignoraꝣ. Pondus fabe romane ex ea
datū cū vino vel decoctōne ſumach/vel aque trine imerſionis laiaꝝ fer/
ri ignitarū fornace/confert colice paſſioni. Aureus ſ. ex ea datus cū de
coctōne ſumach.vel balſamite aſtringit mirabiliter fluxum diſſentericū
Data cū decoctōe mente confert lienteric ex vtraqꝫ cauſa. Data cū pon/
tico/⁊ cū decoctōne nucis cipreſſi in pluuiali confert fluxui ventris epa
tico debilitate cōtentiꝰ. Data ī pōdere lupioꝝ duorū poſt voītū ac potū
aq̄ ordeacee vel ydromellis ſiſtit fluxū ſupfluū mediciaꝝ ſolutiaꝝ. lupinꝰ
vnꝰ ex ea datus cū decoctōne aniſi cōfert pūcture inteſtinoꝝ/ventoſitati
emiſſioniqꝫ ipſiꝰ volūtarie. Data cum decoctone azarii confert yctiricie

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cronice cum vrina alba ex opilatōne vel venenis:curat yctericiam nigrā
frigiditate epatis. Proprie lupinꝰ vnus vel.ʒ.i.ex ea.datꝰ cuꝫ aliquibus
diebus cū decoctōe dioreticoꝝ.uel cū.ʒ.i.⁊ ß.aceti cōmixti.cōfert ydropiſi
confertqꝫ valde declinationi ipſius. Data cū decoctione apii poſt criſte-
re mollitiuū yloiß viſcoß uel ex venenis ſubuenit.ſuppoſita ꝓfunde cum
bombace ⁊ oleo granoꝝ balani uel muſcellini:aut cū criſteri cōfert coli
ce ⁊ tenaſmōi. Data cū vino decoctōnis ſaluie ⁊ rute:confert colice ven
toſe vel debilitati ſenſus expulſiue Dando pluries.ʒ.i.ex ea famelico cū
decoctōne abrotani necat aſtarides lumbricos:ac cucurbitinos ipſa re
tinens etiā vim apii. Data cū decoctōne ſaxifragie ⁊ milii ſolis nefreti-
cis ⁊ calculoſis curat eos ⁊ mitigat dolorē lapidis ex frigida cauſa.com
minuitqꝫ ipm̄ ac ꝓuocat vrinā. Ipa etiā data cū decoctōne ſeis petro.
mace.frangit lapidē ipm̄ renum ⁊ veſice confertqꝫ retentōi vrine. Data
infanti cū lacte matris uel ipi matri:ʒ.i.de ea.cū.ʒ.i. metridati exhibita
cū ſucco plantagis cōfert mictui ſanguis. Acuata cū opio ⁊ ſanguiē dra
conis et data cū eodē ſucco ⁊ mille folii ſiſtit fluxū emorroydaꝝ. Data
etiā cū atanaſia ⁊ ſucco mente cōfert diabeti ⁊ diāpni frigidiſ. Data cū
vino nouo dulci cum decoctōne ʒʒ.re. confert aproximeron frigiditate
Supēplauſtrata renibꝰ cū ypicon cōfert aproximerō ex maleficiiſ. Data
cū oximelle:uel cū vino decoctōnis caſtorei:ſoluit ſtranguiriā ⁊ diſuriā
hūorē groſſum ſanguīe congelato ſanie mordificatōne ſpulſiue ac ſump
tione narcoticoꝝ. Data cū vino dulci cōfert dolori veſice. Data cum de
coctōne ſa luie confert p̄cipitationi matricis ⁊ paraliſi humore frigido
Suffumigata cuꝫ vino ⁊ melle ſuper prunas confert ſuffucatōni matri
cis. Data cuꝫ decoctōne calamēti fluuialis confert ad humiditates ma
tricis frigidas. Item etiaꝫ ſuppoſita cum lana ſuccida per noctē poſt
balneū artemiſie ac calamēti educit hūiditates plurias a matrice. Da
ta cum vino decoctōnis dioreticorū compeſcit dolores veniētes ante eru
ctionem meſtruorū. Dando lupinū ex ea cum ydromelle decoctōnis dip
tami ⁊ rute expellit fetuꝫ mortuū debilitate virtutis et mola matricis.
Data.ʒ.ß.ex ea cum.ʒ.vna raſure eboris diſtēperata cum aqua calida
modica mulieri pingui uel frigide/ſterili ac humide ac pinguedine ma
tricis fecundat eam prole quāuis ipa ſterilizet ꝑpetuo macilentem. Pe
ſarizata confert impedimēto cōceptōnis pinguedine matricis.ʒ.ß.ex ea
data cuꝫ ſucco porri:uel cuꝫ oximelle ſquillitico accelerat partū ⁊ ſecun
dinā.verūtamē interficit fetū. Data cuꝫ decoctōne caparis vel cū vino
diebus plurimis confert elefancie.ſ.que eſt tumefactio dura cruris ⁊ ti
bie. Similiter inuncta confert extremitatibus ſuper infrigidatis ne cor
rumpātur. Et fit ſic apud latinos. ℞.trociſoꝝ ſquilliticoꝝ.ʒ.ii.⁊.℈.ii.pi
peris longi.ʒ.ii.minus g̃.vii.trociſcoꝝ tiroꝝ.trociſcoꝝ diacoralli.an̄.ʒ.
i.⁊.℈.i.xilobalſami.℈.i.⁊ g̃.vii. opi. agarici. roſaꝝ rubeaꝝ.radicis lilii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

celeſtis odorifere raſe radicis alli agreſtis ſeis rapee ſiluatice cinamomi
ſubtilis balſami.añ.ʒ.i.ꝛ g̃.xiiii.reubar̃.electi.croci.pilloꝝ.ſpice nardi.
florum ſquinanti.re.ʒʒ.albi.caſie lignee.re.coſti.ſtoracis.calamite.mir-
re ru.terebẽtine.olibani.radicis diptami re.calamẽti fluuialis.poli mõ
tani ac ſticadoſ.pẽtafilon.ſeis petroſilli.piperis albi añ.ℨ.i.ꝛ g̃.vii.praſ
ſi viridis.gũmi arabici.radicis acori raſe.calcãti.vſti.inteſta vſqꝫ imu-
tet colorẽ ſerapi.albioris.terre ſigillate.ſub rubee.ypoquiſtidoſ.ſpice.cel
tice.ſummitatũ.camedreꝫ.camep iteꝫ ac ypicõ.genciane.meu.carpo bal
ſami.amõi.ſemen apii.ꝛ naſturcii.maratri.carui.agreſtis.ſiſelleos.ani
ſi.añ.ℨ.i.mumie electe.pulpe.caſtorei.re.opopõaci.galbãi.ſpalti.iudaꝫ-
ci floꝝ.vel folioꝝ centauree minoris.ariſtologie.lõ.dauci ſaluatici.añ.
ℨ.i.mellis apum.paſcentiũ.thimũ.diſpumati.qd̃ ſufficit.Conficitur ſic
Gumme remolliantur in vino veteri claro:odorifero vaſe vitriato aga-
ricus cernatur cuꝫ ſedatio claro ſeu raro troſcici terant̃.ad partẽ:cetera
pulueriꝫẽtur:gũme colentur cum caſſia ac incorporẽtur cũ melle.poſtea
troſcici.poſtmodũ cetera pulueriꝫẽtur fortiter om̃ia incorporãdo.ꝛ vlti
mo balſam⁹ diſſolut⁹ cũ modico vini:reſeruetur vaſe vitreo/ſtagneo vel
plumbeo.nõ implendo obturetur bene cũ cõſimili vel cũ corio loto.Te-
neatur tñ diſcooptũ qualibet die p horã.menſib⁹.vel quolibꝫ.vi.menſiũ
per diem.a mane vſqꝫ ad veſperam.

## Tiriaca diatheſeron. Capi.clxx

Tiriaca diatheſeron.id eſt de quatuor medicis de quib⁹ antiquit⁹
cõficiebat̃.ſic etiã cõficitur apud arabes:ipſa vltiate ſecutia fuit
primit⁹ adinuẽta generalis cõtra venena om̃ia ꝛ cõtra egritudi
nes frãs.ꝛ ꝑprie epilenſie que ſubito euenit.Data cũ vino forti confert
ꝑprie toxicatis hoĩbus ac morſis ab om̃ib⁹ venenoſ:maxĩe ſcorpione ꝛ
ab aranea peculiariter.nam bibita cũ ſucco mẽte:ac inuncta ſup morſu
ram confert valde.Sup inũcta ſanat apoſtẽata venenoſa:vt malũ mor
tuũ ꝛ antracẽ deſtruit mire.Tenta inter dentes curat dolorẽ dentiũ ex
frãte.Data cũ vino decoctõis betonice vel oximelle ſquillitico confert a
poplexie.Vertigini data cũ decoctõe ſaluie confert tremori.Data cum
decoctõe genciane.ſemĩs rute.agreſtis ſubuenit quotidiane ꝛ quartane
veris vſa dieb⁹.xl.cõfert quartãe vere.Data cũ decoctiõe yſopi et ficuũ
confert pipleõicis poſt puris corruptõem emotoicis.ꝛ empicis Data cũ
vino decoctõis gariofiloꝝ ꝛ rute cõfert ſincopi ex fleũate groſſo ꝛ trẽo
ri cordis.ut ex colica ꝛ ſuffocatõi matricis.Data cũ decoctõe nucis muſ
cate ꝛ gariofiloꝝ conferũt ſtõ frõ.Data cũ decoctõe abſincii cõfert ple
nitudĩ ſtõi.Data cum decocttõe aniſi ꝛ ameos confert dolorib⁹ capitis
ſtomachi ꝛ inteſtinoꝝ ex uẽtoſitate groſſa.Data cũ vino decoctõis ariſ
tologie cõfert ſuffocatõi fungoꝝ ꝑnicioſoꝝ.ac etiã cuilibet veneno int⁹

© 2006 Ministerio de Cultura

vel extra. Data cū decoctiōe ſumacis cōfert diſſenterie debilitatis expul
ſiue. Data cū decoctiōe rute ⁊ ſaluie cōfert colice debilitatis expulſiue.
Data cū decoctōe eupatorii vel coſti confert epati frō ⁊ duriciei ipꝰ diu
turne. Data cū decoctōe ſcolopēdrie: cōfert ictericie. Data cū decoctōne
tamarici vel caparis cōgitur cōferre optie in ſplenis opilatiōe ⁊ duricie
ipſiꝰ antiqua abſq; febre. Data cū decoctiōe milii ſolis / ⁊ petro. macedo
nici cōfert ſtrāguirioſ /. Emplauſtratio cū ea ſimplici cōgitur cōferre do
lori ſpine ex frāte ⁊ gilboſitati ex frāte vel vētoſitate. Data cū decoctiōe
diureticoꝝ ⁊ artemiſie confert mole matricis. Data cū vino decocōnis
mirre ꝓuocat fortiter aborſum / ac fetum mortuū. Suppoſita cū nigella
ꝓuocat meſtrua / ⁊ eſt magis ꝑſeruātibus ab arthetica frā ac oblata / cu
rat ⁊ eradicat eā ꝑfecte. Doſ eiꝰ a. ʒ. i. vſq; ad. ii. Rabi moyſes dicit dare
ex ea cōtra venena. a. ʒ. ii. vſq; ad. iiii. Seruaꝛ biēnio. ℞. gēciane romane
ariſtologie. ro. baccaꝝ lauri excorticataꝝ / pinguiū mirre ru. añ. ʒ. i. ⁊ ℈.
ii. ⁊ g̃. viii. diptami. camedrei. ſeīs rute agreſtis. añ. ʒ. i. ⁊ ℈. ii. ⁊ g̃. viii. gūi
edere. vitrioli vſti in teſta vſq; imutet colorē. añ. ʒ. i. eſdre magne. oſſis. de
corō cerui. mumie. radicis tormētille. añ. ʒ. i. cornu cerui viti. ʒ. iii. mellis
diſpumati quaſi lb. ii. incorporetur ac reſeruentur.

## Tiriaca ex libro pauli. Capi. clxxi.

Tiriaca ex libro pauli cōpoſita ab armeno cōpta ab antiquis me
lior ceteris tiriacis morſibꝰ viparū ⁊ porionibꝰ venenoſ ac morti
feris data cū vino vel melle decoctōnis genciane. Data etiā cum
frā cōfert yliosis / epatis dolori / ac pleureticis cū ydromelle / cū oximelle
ſpleneticis / ſtomaticis cū aceto: ⁊ aqua calida / nefreticis calculoſ gutta
tim mingētibus / ictericis ac ydropicis cōſimilr̃ cū aceto ac calido ꝓficit
tremuloſ ac ſanguinē ſpuētibꝰ. Data cū decoctiōe fenugreci poſt partū
expellit ſecundinā / ac ꝓdeſt doloribꝰ oībus matricis. Impoſita confert
denti corroſo. ⁊ ad alia plura confert. ℞. pipis albi / ſeīs iuſquiami. añ. ʒ
xx. opii. ʒ. x. croci. ʒ. v. euforbii. amoī. piretri. caſtorei. folii daucii. ſeīs rute
agreſtis. ro. ru. ſicca. ſerapī. reub. coſti. ſtoracis calaīte. mirre ru. aniſi. ca
rui. caſie lignee. mētaſtri. corduēni. baccaꝝ lauri. añ. ʒ. i. ſpice nardi. ſeīs
apii ortolani ac mōtani. balſami. olei. ro. cipi. añ. ʒ. ii. mellis deſpūati q̄ſi
lb. iii. incorporētur ac reſeruētur. et hic eſt.

## Metridatum. Capi. clxxii.

Metridatū. ideſt. mater ſeu caput omniū anthidotoꝝ / vel a metri
dato rege ponti: ad cuiꝰ ꝑſeruationē ne venenū aliquid leſionis ei
poſſet inferre. Andromacꝰ ceteriq; ꝑiti ipm adeo efficax inuenere
qui cū vſus fuiſſet ꝑ annū accipiēdo ex eo cathamane q̄ptitatē fabe. ma
lenſſe interire q̄ꝫ manibꝰ pire pōpeii ac romāoꝝ venenoſo aliquo nequi



(c) 2006 Ministerio de Cultura

uit ſe necare. ſed gladio Facit ad oēs paſſiones ex frā cauſa quibus potē
tior eſt ꝙ tiriaca. Tiriaca tñ potētior eſt in materiis venenoſis. Reſpicit
ꝓprie virtutē naturalē leſam veneno/ vel hūorib⁹ venenoſ. Datū pluri//
es cū vino decoctōis nucis muſcate confert litargicis/ cefalargicis /emi//
granicis ex frā cauſa timidis fumo melancolie aſcendēte ac ſtupidis. Et
ipm eſt medicina ſubet ex frigore exteriori fricādo palatū ac inungendo
ab extra confert apoplexie. Nabata ex eo data poſt purgationē mane ⁊
ſero cōperitur melior ac exptior medicine epilencie melancolice liberādo
Et patiēs ex fleūate vtatur eo ꝑ annū mane ⁊ ſero. Illiniēdo caput cuꝫ
eo īmixto ſucco mente cōpitur conferre ſode figide. Illiniēdo frontem ⁊
tipora cū eo quo inſit crocus ⁊ acetū forte cōpitur ſedare ſodā difficilem
⁊ emigraneā. Fricādo palatū inūgendoqꝫ ab extra cū eo ⁊ ambra cōfert
apoplexie. Datū cum vino decoctōis ſaluie ⁊ caſtorei confert valde ſpaſ
mo ex repletōne ex aiali venenoſo ⁊ paliſi. Dutēperatū cum ſucco ſaluie
ac gargarizatū confert valde ei qui amiſit loquelā ſubito frāte. Datum
ſero cum vino confert epilēticis ſi fricetur palatus epilentici hora poxiſ
mi: ac dentes litargici cū eo confert valde fleūa plurimū educēdo. Uſus
longus ipſi⁹ cum decoctōne peonie romane curat omnē epilenciā. Da
tum cū vino aromatico confert maniacis ⁊ melancolicis. ex melancolia
vel ex colera aduſta. Pillule ex eo ⁊ olibano tente in ore ſiſtunt reuma/
ac lacrimas/ ac curat dolorē reumaticū/ ſupercilii oculoꝝ/ dentiū/ fau//
ciū/ maxilloꝝ/ ⁊ oris frigidū. Colluſio oris cuꝫ eo ⁊ ſucco mente confert
fetori oris ex gingiuis. Gargarizatū cum ſucco mente ꝓhibet ſquinanci
am. Gargarizatū cum decoctōne balauſtie confert caſui vuule humidi
tatibus. Datū cum decoctōne olibani confert tuſſi ⁊ aſmati reumatis
ac ſputo ſanguis a capite. Et remediat etiā lienteriā ex fleumate. Datū
periploicis cū puluere mirre poſt ſanationē preſeruat ab empimaſ mun
dificādo: ac confert difficultati anhelitus. Datū cum diamargariton et
vino aromatico immutat cōplexionē cordis frigidā. Datum cū vino ru
beo cōfert ſtomacho humido ac cacochie. Datū cū vino decoctōnis maſ
ticis ⁊ ſpice: confert frigiditati ſtomachi abſqꝫ materia. Datū cum de//
coctōne abſincii confert cōtra fetorē ructuatus: ⁊ cōtra multitudinē ſpu
ti fleumatici ⁊ ictericie ex aniali venenoſo. Datum cū decoctōne balau
ſtie remediat optime lienteriā debilitate retentiue/ vel ex fleumate. Da
tum cū vino calido confert paſſionibus frigidis ypocundrioꝝ diafrac//
matis renibus ⁊ veſice. opitulatur ſi ſuperemplauſtraſ. Datū cuꝫ deco
ctione ciperi confert duriciei ſplenis frigide. Datū cum decoctiōe ſaluie
in vino confert precipitatōni matricis ex paraliſi vel humore frigido/
ac debilitati appetitus ſenſus ſtomachi et ſingultui et ſtillicidio vrine.
Datum cū decoctōne diureticoꝝ confert magnifice in difficultate vrine

(c) 2006 Ministerio de Cultura

humoris ſaīe apoſtemate debilitati ſenſus vel frigoris. Datum cū deco
ctōne milii ſolis ⁊ ſaxifragie. frangit ac expellit calculū renū potenter ac
confert lapidi veſice. Bombax intincta in eo ac ſuppoſita: confert tenaſ
moī fleumatice. Peſſariatū cum muſcellino / vel cuȝ ſucco artemiſie pro
uocat meſtrua. et ipm eſt ſupremū debilitati coitꝰ frigiditate membroꝝ
quorūqȝ ꝑcipue principaliū. Cum datur cum vino decoctōnis. ȝȝ. ac cū
eodē eſt caput in cōpoſitis ad coitū ac leſionibꝰ ipius frigiditate vel debi
litate. Datū cū decoctōne ſaluie ⁊ rute cōfert colice debilitate expulſiue
ac ſenſus. Datū cū vino decoctōnis cimī ⁊ piperis confert ſuffucatōni
matricis frigiditate. Datū cum vino rubeo viro ac mulieri confert ca/
lefaciendo ad generandū / vel ad generationē maſculi. Bibitū cum vino
confert impregnatōni impedite pinguedine matricis. Datū ſuppoſituȝ
valet arteticis / ſciaticis / podragricis ex frigida cauſa. Incorporatū cum
puluere diptami ⁊ genciane ⁊ ariſtologie. ro. ac datū cum vino decoctio
nis mente / ac ſuppoſitū morſure pellit oīa venena. Datū cuȝ vino ca
lido in hyeme. ⁊ cum calida in eſtate: liberat a quartana ex melancolia
naturali. Accipe ex ea ante epidimiā: facit euadere ab ea. Superemplau
ſtratū: ac modo quocūqȝ ſumptū eſt ſummū ⁊ ſingulare remediū antra
ci ⁊ carbunculo abſqȝ febre. Datū tercia cū ꝑte tiriace: confert morfee al
be. ⁊ cū ea ⁊ ſucco fumi terre cōfert morfee nigre. Anthidothario vniuer
ſali aſſeritur fore mirabile oībꝰ incertis erraticis. Doſis eiꝰ eſt a. ℥. i.
vſqȝ ad. ℥. ii. Seruatur decennio. ℞. ſtoracis calamite. ℥. i. ⁊. ʒ. i. gariofo
loꝝ / ſpice nardi / xilobalſami / orobi / lentici / dragagāti / maſticis / galbani
gumi edere / aſpalti / caſtoreū / gūmi cedri / euforbii / bdellii / terre ſigillate /
melli loti / lapdani / roſaꝝ rubeaꝝ / camedreos / ſummitatū ypericon / op
popoācis / opiū / ſulfuris viui / liquiricie raſe / nitri / ypoquiſtidos / accacie /
abrotani / radicis peonie romane / yſopi / radicis enule / cāpane / origani /
rami cedri / cimarū lauri / ac mirti / ariſtologie lo. epithimi / peucedani /
roris marini / centaure minoris / radicis yringi / balauſtie / corticis mali
granati. radicis rafani. ſemis iuſquiami albi. cimi. feniculi. cardamomi
ſemē ſinapis albi: ſquille. carpobalſaī. aniſi. nigelle. ſemē ſiſelleos. ameos
ſemis petro agreſtis. ſemis leuiſtici. rute domeſtice. ſemis papaueris alb
ſemis apii. dauci. ſemis rape. piperis longi. amoī. aū. ℥. i. acori. ſēis lappe
īuerſe. radicis ciclaīs. floꝝ agni caſti. cornu cerui. capparis. aū. ʒ. ii. bal/
ſami. cinamomi electi. croci. coſti. ſquināti. ȝȝ. boli armenici. terebentine
mirre. olibani. caſie. lignee. agarici. ſpice celtice. reupontici. radicis yreos
aſari. diptami. teneritatū praſſi. pulpe. coloquitide. ſticados. arabici. ar
temiſie. calamēti. radicis alli agreſtis. aſſe fetide. camepitheos. piperis
albi ⁊ nigri. ſemis baſiliconis gariofilate. ⁊ petro ſumach. folii cardami

malabatri.·.radicis pentafilon.añ.ʒ.i.b accaꝝ lauri terciam partē.vniꝰ ʒ.ꝛ g̃.xxxii.vini fortis ꝛ vetuſtiſſimi.ʒ.i.mellis diſpumati.lb.ii.ꝛ.ʒ.iiii. incoꝛpoꝛētur pꝛimitus gūme diſſolute.cū vino veteri ad ignē.poſtea balſamꝰ diſſoluatur cum modico mellis:poſtmodū cetera pulueriȥata.

## Aurea alexandꝛina. Capi.clxxiii.

Aurea alexandꝛina.dicta ab auro qđ recipit.vel quia precioſioꝛ ac excellentioꝛ eſſe cōperitur ceteris opiatis vt aurū inter cetera metalla.Alexandꝛina dicit̄ ab alexandꝛo peritiſſimo philoſopho.ac inuentoꝛe ipſius:eſt cōſumptiua ſuper ceteras opiatas omnes. Reſpicit ꝑpꝛie virtutē animalem leſam humoꝛibꝰ groſſis.Et valꝫ ꝑcipue contra moꝛbos fleumaticos ꝛ melancolicos.Unde confert ꝑpꝛie ad om̄e viciū capitis ꝛ pectoꝛis reumatiȥātiū frigiditate.ꝑpter qđ pillule confecte ex ea ꝛ puluere olibani ꝛ maſticis tente in oꝛe vel ſub lingua ꝓhibēt fluxū reumatis ad oculos/aures ꝛ gingiuas quoqꝫ abſcindūt fluxū lachꝛimarū/auriū ſurditatē ꝛ dentiū doloꝛem.Uerū contra dentiū doloꝛem vicio ſtomachi/vel vomitꝰ.detur cuꝫ ſucco mente calido.vel vngātur dentes vel gingiue cum ea/ac emplauſtrētur tempoꝛa cū ea ꝛ ſucco mente.Data cū vino decoctōis olibani confert doloꝛi capitis ꝛ ſcothomie frigidis fricando os ꝛ guttur litargici cū ea confert fleūa emittēdo. Fricādo os ꝛ linguā cū ea ꝛ ſaluia confert exuberantie ſaliue ac oblationi odoꝛatꝰ frigiditate īminenti peroxiſmo apoplexie. Fricādo os ꝛ palatū cum ea ac naribus intromittat̄ ꝛ fleūa plurimū educēdo multi liberātur.Qui ex ea ſemel acceperit in ſeptimana nō vexabitur apoplexia:vel colli doloꝛe.Data cū ſucco ſaluie confert paraliticis. confert maiacis ex melancolia naturali. Tenendo pillulas factas ex ea ꝛ gūmi arabici in oꝛe confert tuſſi ex reumate frigido.ac ex humoꝝ exuberācia ꝛ ptiſicis reumate.Data cū vino genciane ad terciā partē confert anhelosis.Data cum vino odoꝛifero decoctōnis nucis muſcate gariofoloꝝ ꝛ oſſis de coꝛde cerui.aut cum aqua roſaꝝ confert cardiacis ex frigiditate. Diſtemperata cū muſcellino ac inūcta confert doloꝛi lateris frigiditate vel ventoſitate Tenta in oꝛe cū puluere maſticis in aqua cocti ac exſiccati curat potenter vomitū ſanguis putrefactōne vene ac apertōne vel reſudatōne ipiꝰ: qui ſi fluat frigiditate detur cū vino ſtiptico calido:ꝛ curat mirabiliter. Data cū vino decoctōnis olibani confert colice fleūate reumatiȥanti.et doloꝛi renum ꝛ aproximerō frigidis. Diſtēperata cū vino ac melle ac iniecta confert colice fleumatice pꝛius remollite.Data cum vino decoctionis diuretice confert nefreticis/ſtranguirioſis ꝛ diſurrioſis.Data ſine opio cum decoctōne ſaxifragie frangit lapidem renum.ſi lapis eſt in veſica iniciatur per ſiringam cū nardileon. Suppoſitoriū ex ea intromiſſum confert tenaſmoni frigide.Peſariatum cum ſucco rute agreſtis ꝛ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aceto valet contra humoroſitatē matricis.ʒ.i.ex ea cum alio metridat.
pluries dati conferūt ſterilitati frigiditate vel humiditate. Vſa poſt bal
neū decoctiōe diureticoꝝ confert mole matricis. Data cū calida eſtate
⁊ hyeme cū vino ante horā acceſſionis amputat quotidianā ex fleuma-
te naturali. ⁊ quartanā ex melancolia naturali. Data cū tantundē ru-
bee trociſcate confert liparie poſt balneum. Doſis eius a.ʒ.i.vſq; ad.ii.
maxime poſt balneū. Seruatur annis ſeptē. ℞. ſulfuris viui.ʒ.i.⁊ ſ.aza
ri/ carpobalſami/ſemis iuſquiami albi.añ.ʒ.ii.⁊ ſ.gariofiloꝝ/ opii/mir
re/ cipri.añ.ʒ.ii.balſami/cinamomi electi/ folii zedoarii.ʒʒ.albi/ coſti/co-
ralli rub.caſie lignee/ euforbii.dragagāti/ olibani/ſtoracis/ calamite/ſpi
ce celtice/ mūdate/cardamomi/ ſiſeley/ſemis ſinapis/radicis ſaxifragie/
aneti/aniſi.añ.ʒ.i.ligni aleos/reubarbari/ reupontici,/alipte muſcate/
caſtorey/ſpice nardi/galange/ balſamite/ oppoponacis/ anacardi/ maſti
cis/radicis peoñe/ yringi/ ro.thimi/acori/ pulegii/ ariſtologie lō.⁊ ro.gen
ciane/radicis corticis mādragore/camedreos/radicis valleriane/bacca
rum lauri/ameos/dauci/piperis albi ⁊ longi/ xilobalſami/ caruy/amo
mi/ſemē petro.⁊ leuiſtici/rute.añ.ʒ.i.⁊ ſ.auri ⁊ argēti ſubtiliter limato
rum.margaritaꝝ perforatarū ⁊ non perforatoꝝ.blacce biſancie. oſſis
de corde cerui. añ.partes.ii.⁊.ʒ.i.⁊ ǧ.xiiii.limature eboris albi. ⁊ cala-
mi aromatici.piretri.añ.ǧ.ix.mellis diſpumati lb.ii. incorporetur ſic.ſ.
limatura auri ⁊ argenti.⁊ margarite pulueriżate cōmiſceatur fortiter
manu cū.ʒ.i.pulueris poſt cum oībus pulueribus.poſtea incorporen
tur cū melle.ad vltimū incorporetur balſamus diſſolut⁹ modico melle.

## Adrianum magnum: Capitulo.clxxiiii

Adrianū magnū.dicit ab Adriano imperatore magno:a quo vel
pro quo fuit inuentū. Reſpicit proprie humores groſſos.⁊ valet
paſſionibus frigidis que fiunt ex melancolia vel fleumate.⁊ pro
prie in capite.eſt eñ optimū egritudinib⁹ quibus cōmendatur. Datum
cum decoctōne coſti ac ſuperēplauſtratū addito puluere gariofilorum
⁊ nucis muſcate.olibani ⁊ oleo muſcellino confert ſtomaticis ⁊ vertigi-
noſis vicio cerebri.. Datum cū decoctōne caſtorei ⁊ ſene/⁊ etiam inun-
gendo cum eo admixto petroleon ⁊ ſcarabeo confert contra exuberanti
am humoꝝ frigidoꝝ:vt in ſpaſmo. Datum cū decoctōne coſti confert a
poplexie.litargie.monopogie ⁊ cefalee frigidis/fricando palatum ⁊ na-
res inungēdo cum eo. Diſtēperatū cum ſucco mente confert apoplexie.
litargie.monopogie ⁊ cephalee frigidis fricando palatum ⁊ nares inun
gendo cum eo diſtēperato cū ſucco mente confert apoplexie. Datū cum
decoctōne peonie confert epilenſie. Datū cuȝ decoctōne olibani confert
obſcuritati ⁊ grauedini oculoꝝ:iniectū cuȝ decoctōne rute confert tini-
tui auriū. Datū cum decoctōne diureticoꝝ cōfert epaticis ⁊ nefreticis



(c) 2006 Ministerio de Cultura

leſis frigiditate. Datū cū decoctōne caparis confert ſpleneticis poſt mol
lificationē. Datum cū decoctōne mili ſolis poſt purgationē confert ſtrā
guirioſis. Datū in pillulis cum puluere lapidis lincis ſaxifragie ⁊ mili
ſolis et ſanguīe hirci vetuſtiſſimi ⁊ cū vino confert potēter calculoſis.
Jniectū cum aqua ſalſa ac etiā datū eiſdem cū decoctōne cimini ⁊ caſto
rei confert colice ex fleumate viſcoſo. Datū cū decoctiōe ſemis rute agre
ſtis confert febrib⁹ periodicis ex fleumate naturali vel vitreo. Datū cū
calida poſt ſudorē terciane ex colera naturali confert eis. Datū cum de
coctōne genciane in principio poxiſmi quartane mitigat ipm̄. Datū cū
decoctōne diptami cōfert cōtra venenū interius aſſumptū. ſuper linitū
cum ſucco mente confert morſure animalis venenoſi vel rabidi. Doſis
a.ʒ.i. vſqȝ ad.ii. Seruatur annis tribus vel quatuor. ℞. piretri.ʒ.ß.⁊ g̃.
vi. opii tebaici .ʒ.iii. caſie lignee. ſemen iuſquiami albi. an̄.ʒ.ii.⁊.℈.ii.⁊ ß
euforbii. pipis al.. an̄.ʒ.ii.⁊ g̃.vi.⁊ terciā partē vni⁹ grani. ſiſellei.ʒ.i.⁊ g̃
viii. folii origani. dragaganti. an̄. ʒ.i. balſami/ſtoracis/calamite.ʒʒ. xilo
balſami/carpobalſami/ciperi/petro macedonici/macis/an̄.ʒ.i. min⁹ g̃.
vi. maratri.ʒ.ii.g̃.viii. calami aromatici.℈.ii.⁊ g̃.ii. cinamomi/ſpicenar
di/coſti/reupontici/piretri. radicis acori. dauci cretici. an̄.ʒ.ß.⁊ g̃.vi. ca
ſtorey ſerapini. roſarū rubearū. cardamomi/amomi/ſemis rute agreſtis
ameos. an̄.ʒ.i. et g̃.iii. caſiefiſtule.℈.i. alii addūt faluie.ʒ.i. mellis diſpu
mati lb.i.⁊.ʒ.i. incorpen̄t.ſ. primo pulueres: ⁊ poſtea caſiafiſt. ⁊ balſam⁹
diſtēperata cum modico mellis: valet etiā ancipiti habenti lapidem.

## Atanaſia. Capi. clxxv

Tanaſia. ideſt imortalis eo ꝙ facit euadere a morbis mortiferis/
Reſpicit proprie ſtomachū diuerſis humorib⁹ grauatū inducen
tibus lienteriā. Ualet etiā cōtra omnē fluxū humoris ad exterio
ra. Unde data cuȝ vino decoctōnis olibani facit ad dolorem capitis fri
gidū ex reumate. Pillule ex ea cum puluere olibani tente ſub lingua con
ferunt ad dolorem reumatizantē ad oculos. ¶ Jtem emplauſtrū factuȝ
ex ea cum maſtice et olibano ac albuīe oui timporib⁹ appoſitū confert
dolori dentiū reūatizāti. Unde dolori dentiū vicio ſtomachi detur atha
naſia cum puluere olibani/et tepida immiſſa cum bombace auribus cū
ſucco plantaginis fricata in eo ematite ſuper cutem vſqȝ rubeat: ſiſtit
fluxū ſanguis ab eiſdem. Tenta in ore in pillulis cum puluere penidia
rum ſiſtet manationē ſanguis a ſpūalibus: precedentibus tamē ac ſubſe
quentib⁹ lenitis ne ſua aſperitate tuſſim cōmouendo ſanguinē vehemē
tius effluere faciāt: vt infuſione dragaganti et liquiricie raſe ac confert
ptiſi fleumatice et differente conſolidari. Contra vomitū ſanguis ex mē
bris nutritōnis detur cum ſucco plantaginis contra fluxum eiuſdem ꝑ
inferiora. iniciatur cuȝ ſucco eiuſdem regione conueniēte ac emplauſtrē

2006 Ministerio de Cultura

tur renes et vmbilicus cum ea addito maſtice et olibano et ſanguie draconis diſtēperatis cū albuīne ouoꝝ: ꝛ modico aceti velut accipiendo triduo. ʒ. i. ex ea. ꝛ. ʒ. i. ꝛ ß. tiriace cum ſucco plantagīs quo emathites fuerant fricatus in cote: vt contulit valde michi petro celerer clarificanti. contra vomitū ſanguīs cum perſequerer vt vrinas ab amonitis berſabe de roce. Fumus eius horribilis odoratus compeſcit peroxiſmū ſuffucatōnis matricis. Data cum decoctōne maſticis ꝛ olibani confert ꝛ fortificat ſtomachū ꝛ retentiuā potenter. Emplauſtrum ex ea addito ſandalo albo ꝛ roſ ꝛ ſucco mente impoſitū ſuper renes poſita lamina plūbi nō perforata confert cōtra diabetem / diapnem / ſeu paraliſim veſice. Data cum vino decoctōnis bdellii/ mente ꝛ caſtoreꝩ/ ac etiā addita agreſta vel aceto ꝛ ſucco quiꝗ neruie. ac etiā emplauſtrata ſuper pectinē cōfert contra gomorreā. Data cū puluere cinamomi confert vicijs veſice. Pillule ex ea maſtice / bolo armenico ꝛ conſolide maioris date cum decoctōne eiuſdem vel ſucco plantagīs rubificata fricatōne emathitis conferunt mirabiliter diſſenterie. Data cum infuſione dragaganti confert colice colerice reumatizanti. Data cum decoctōne balauſtie vel ſucco mente confert lienterie. Data cum infuſione dragagāti repercutit apoſtemata interiora ac emplauſtrata cum ſucco craſule repercutit potenter apoſtemata exteriora. Data poſt vomitū cum decoctōne ariſtologie rot. et diptami/ vel genciane confert contra venenū verum ſi fuerit morſu reptilis vel animalis: ſuperemplauſtretur etiam cum eodem. Doſis eiꝰ maior eſt vſqꝫ ad. ʒ. iii. Seruatur triennio. ℞. terre ſigillate ſubrubee. ʒ. iii. ꝛ g. viii. auri pimēti ʒ. ß. cinamomi electi. medulle caſiefiſtule tamarindoꝝ aā. ʒ. iii. ꝛ g. viii. croci. radicis ſquinanti. ſtoracis calamite. radicis valleriane. ſileris montani. betonice. carabe. ſemīs iuſquiami. apii dauci. aniſi. opii. aā. ʒ. i. ꝛ ß. g. iii. ſpice nardi. folii caſtoreꝩ. mirre. lapidis emathitiſ ſanguīs draconis. coralli rubei: mumie coſti. boli armenici. conſolide maioris. azari. radicis acori. corticis radicis mādragore. poli montani. meu baccarū lauri pinguiū ſcorticatoꝝ. piperis albi ꝛ lōgi. ſemīs petro. aā. ʒ. ß. mellis diſpumati. lb. i. ꝛ. ℥. ii. incorporentur ſic. tamarindi ꝛ medulle caſiefiſtule fricētur fortiter in melle calido poſtea colentur cū caſia: ꝛ tunc puluis aliorū imponatur in eo calido incorporando. Et ſic habebis atanaſiam.

## Acariſtum. Capi. clxxvi.

Cariſtum magnum condignitate ſui effectus ſiue gratia ſeu remuneratione interpretatur. Reſpicit proprie humores frigidos reumatizando grauantes pectus et ſpiritualia proprie. Unde datū cum decoctōne olibani / aut mirre confert arteriacis / aſmaticis et tuſſientibus frigiditate reumatica. Uerum datur interdū cum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

decoctōne liquiricie/ficuum/paſſarum/yſopi ⁊ conſimiliū.vel tranſglu
tiēdo catamodicū quatenus ꝓpellat ſeu conſeruet fleuma a ſpūalibus
Doſis eius a.ʒ.i.uſqȝ ad.ii.Conſeruatur biennio.℞.yſopi.galbani.co
ſti.opii.ſemē iuſquiami albi.tamarindi.ſeis lini an̄.ʒ.i.croci.ſpice nardi
coralli ru.xilobalſami.medulle caſiefiſtule.calami aromatici.reupōtici.
mirre ru.ſtoracis calamite.oppoponaci.bdellii.armoniaci.olibani.gal
lie.ſpice celtice.abrotani.acori.azari.ſauie.floꝝ orni.glandifere.ſquille.
baccaꝝ lauri.piretri.amomi.aniſi.ſemis baſaliconis gariofilate.dauci.
leuiſtici.maratri.papaueris albi.piperis albi lō.⁊ nigri.pſilli.roris ſiria
ci.floꝝ malue an̄.ʒ.ii.enulle campane ℈.i.⁊ ß.ellebori nigri.ʒʒ.an̄.℈.i.mel
lis diſpumati.℥.xi.incorporētur ſic.tamarindi fricētur fortiter in melle
calido cuȝ caſia fricando.poſtea ponātur gūme liquefacte in modico vi
ni vel puluerizate cum aliis:

## Dia olibanum. Capi.clxxvii.

Ia olibanū.dr ab olibano qd recipit.reſpicit ꝓprie hūores frigi
dos reūatizantes maxīe ad oculos retinendo eos vehementer.vn
de pillule ab.xi.uſqȝ ad.xv.conferūt emigranee.⁊ diuerſis paſſio
nibus capitis.date ex eo cum olibano ⁊ maſtice ⁊ bolo armenico ſiſtūt
potenter fluxum lachrimarum ex frigiditate reſtringente aut humidi
tate lubrificante ſiue debilitate retentiue ac dolori fauciū ⁊ canne ⁊ epi
gloti.Confertqȝ vigiliis ex reumate Fiat etiā epithima ex eiſdem diſtem
peratis cum albumine ouorū qd ſuperponatur fronti ⁊ timporibus:
¶Pillule ex eo ⁊ penidiis ⁊ amido tente in ore tranſglutiendo paulatiȝ
et diſſoluitur ab eis confert aſperitati trachee arterie cōſumendo ſuper
fluitates viſcoſas.Datū cum vino decoctōis caricaꝝ ⁊ paſſulaꝝ cōfert
tuſſientibꝰ reūate vel ſupfluitate.Datū cū puluere olibani confert peri
ploicis antequā febriant.Datum cū eiſdem et puluere mirre poſt erup
tionem mundificat ſaniem eoꝝ.Datū cū vino decoctōnis macis ac etiā
ſuperemplauſtratū addito maſtice ⁊ olibano ⁊ coſto in duplo factis cuȝ
oleo roſaꝝ.⁊ muſcellino ſtomachi retinet vomitū frigiditate ac debili
tate retentiue.Datū cum vino decoctōnis maſticis ⁊ nucis muſcate au
fert dolorem ſtomachi frigiditate et reumate.Datum cum vino calido
confert nauſee.Datum cū aqua roſaꝝ et additis roſis coctis in aceto ⁊
caſtoreo ac emplauſtratū ſuper lumbos pectinē ⁊ teſticulos confert go
morre.Datū cum ſucco plantagis ac etiā ſuppoſitū cuȝ eodem in bom
bace retinet meſtrua.Doſis eius in ſero a.ʒ.i.uſqȝ ad.ʒ.ii.Seruat̄ annis
ſex.℞.olibani.ʒ.ii.reupontici.amomi.an̄.ʒ.i.⁊.℈.i.caſtorey.re.opii.ſeis
iuſquiami albi.an̄.ʒ.iiii.caſie lignee.ʒ.ii.⁊.℈.ii.folii croci.an̄.ʒ.ii.⁊.℈.iii
mirre.ʒ.i.⁊ ß.ſpice nardi.piretri.euforbii.piperis albi.an̄.℈.ii.⁊ ß.mellis
diſpumati lb.i.⁊.℥.iii.

© 2006 Ministerio de Cultura

# Eſdra. Capi.clxxviii.

Edra.inuſitata varietate miſcibiliū dicta eſt ab eſdra propheta: qui eam cōpoſuit. Reſpicit proprie humores exuberantes in ſtomacho obtundentes frigiditate appetituū.Confert om̄ibus corporibus frigidis abſqꝫ apoſtemate et febre . Effectus eius plerumqꝫ vicinatur laudibus auree alexandrine quare eiuſdem adiutoris plerumqꝫ eſt adminiſtranda quibus ibidem docet.Data cū vino decoctōnis nucis muſcate.gariofiloꝝ ⁊ conſimiliū depurat cerebrū ac confortat ipſum. Unde valet paſſionibus ex melancolia naturali capitis.Unde data cuꝫ vino valet melancolicis timidis:ac petentibus comedere carbones ac teſtas.diſtēperata cum vino ⁊ oleo muſcellino ac iniecta confert tinnitui ⁊ dolori aurium.Pillule ex ea cum ſemine roſarum.et cinamomi tente in ore conferunt vuule cadente ante reumatica:ac ſubleuat eaꝫ.Gargariſmus factus ex ea ſapa ⁊ aceto confert ſquinācie antequā confermet. ac etiā caſui vuule.Confectio pulueris radicis portulace cuꝫ ea confert mirabiliter fiſſuris labiorū/manuū ⁊ pedum factis ex melancolia invngendo cum ea . Data cū decoctione balauſtie poſt euacuationē confert fluxui ventris precipue lienterie exhibita cum decoctōne lingue ceruine capilli veneris epatica ⁊ ceterach confert yctericie abſqꝫ febre ⁊ abſqꝫ calore icenſo epatis facte ex viſcoſo humore opilāte data ſpleneticis ex melancolia cū decoctōne caparis poſt euacuationē curat eos . Data cum diagridio prodeſt mirifice duriciei ſplenis. Data cum puluere olibani: ⁊ vino confert dolori mulierū poſt partum tanto ampliatōne magni fetus.Data cum decoctōne mundificat puerperas. Data cum vino decoctōnis rute ⁊ arthemiſie confert difficultati partus. precipue ſi etiā ſupponatur cum ſucco eorundē.Data cum vino eunti dormitū confert artheticis ⁊ podragricis factis ex humorib⁹ frigidis reumatizantib⁹. Data que ſi ſit trium vel quatuor annoꝝ cum decoctōne mente aut ſuper/inuncta confert morſui venenatorū ⁊ toxicatis.Data cum vino confert alopicie.Doſis a.ʒ.i.vſqꝫ ad.ii.Seruatur annis quinqꝫ.⁊ tunc eſt potēcioris virtutis.Fit ſic latine.℞.epithimi.℈.i.et terciā partē alteri⁹.alipte muſcate.mirre.diptami.foliorū rute.ſeis apii.camedreos. fenu greci. an̄.ʒ.i.⁊.℈.i.⁊ g̃.i.raſure eboris.ſeis rute agreſtis.ſaluie ſāguiarie. origani.balauſtie.an̄.ʒ.i.⁊ g̃.vii.cinamomi electi.gariofilorū.ligni aloes.ſpice nardi.zedoarii.lacte mundate.roſarū ru. caparis.pulegii. abrotani. piperis nigri.ſemen petro.oſſium dactilorum.an̄.℈.i.⁊ ß.⁊ g̃.iii.galan/gæ.ſeminis cartami excoriati.anacardi.lapidis gagatis.corticis mandragore.radicis acori.⁊ peōie.thimi.yſopi.florū orni.glādiferi. ſem̄ baſiliconis gariofilate.⁊ dauci.maratri. ſemīs altee.et oliuarum. vini veteris optimi.an̄.ʒ.ß.et.℈.ß.et g̃.quatuor.balſami.croci orientalis.folii gallie.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

muſcate/ coſti/ calami aromatici /medulle/ caſiefiſtule/corticis mirabola
noꝝ citrinoꝝ. ſpice nardi. ſpice celtice. xilobalſami. coralli albi et rubei.
ſtoracis rubei. castorey. bdellii. galbani. oppopoācis. aſpalti iudayci. te/
rebentine. maſticis. tiriace magne confectōnis. ſplenis. pulteri. ſeu ſuper
fluitatibꝰ ſanguinolente manantis partū a naribus pulli equini. ven
tris merguli auis. reupontici. ariſtologie lon. azari. meu. yreos. piretri.
hermodatili. peucedani. gētiane. violaꝝ. arthemiſie. chimolee. folioꝝ ci/
tri. ⁊ laureole. mēte. malabatri. folii indii. radicis pentafilon. carpobal/
ſami. aniſi. amomi. cimini. ſemen papaueris albi. ſemis baſaliconis ga/
riofilate. ſileris montani. ſemis rute ortenſis. baccaꝝ lauri. ſanguis dra
conis. lapidis iudayci. oſſis ꝺ corde ceruı. olei muſcellini/ ⁊ petroley. añ. ʒ
i. et terciā partem alterius. camfore /ambre /margaritaꝝ integraꝝ ⁊ per
forataꝝ natura/ blacce/ biſancie /olei ſambuci /ſtoracis calamite/ ſerapi/
ſulfuris viui/ anthimomi. accacie /betonice /piſciculi dicti caballus ma
rinus/ ypoquiſtidos/ macis/ licii/ ſquināti /ſemen malue /floruꝫ oleandri
radicis valleriane /marubii ſemis /herbe ſulphurace /abſincii/ petro ma
cedonici /euforbii /cardamomi maioris/ ſemis aneti /ameos /nigelle /le/
uiſtici/ ſemis citri. piperis albi ⁊ longi /cimini/ etyopici/ vermilionis/ cor
ticis arboꝝ nere /ſucci caulis agreſtis /aque vite. añ. ℈. f. ⁊ g̃. ii. litargiri
amidii/ opii/ radicis iunci/ calamenti fluuialis/ iuſquiai albi. añ. g̃. viii.
mellis diſpumati lb. ii. ⁊. ʒ. ii. Conficitur ſic. caſiafiſtula diſſoluatur cuꝫ
melle calido: ac coletur per caſſiam: poſtea ponatur terebentina poſt ti
riaca ⁊ adrianū. poſt aqua vite poſt immiſceātur lapides oēs: vltima
te puluerizati cuꝫ modico puluere ⁊ camfora ⁊ ambra poſt zucarū ſubti
liſſime puluerizatū. poſtea balſamꝰ diſtemperatus cū modico mellis ca
lidi poſt olea et puluis alioꝝ ſupradictoꝝ ſuperius vltimo.

## Muſa enea. Capi. clxix.

Vſa enea. dicta a muſo peritiſſimo philoſopho a quo fuit inuen
ta. enea dicta eſt quia habet colorem eris: virtutem reſpicit natu
lem. ſ. leſam humoribus melancolicis aut fleumaticis inducenti
bus febrem. Vnde datur proprie in quartanis cum vino calido. vel cum
decoctōne germādree ⁊ quotidianis cum vino calido que ſi ſit in fleuma
te ſalſo detur in tercia parte rubee trociſcate. Data cuꝫ tepida tollit an
guſtiam febrium acutarū. tamen cū dederis reſpice virtutem eorum pa
cientiū. quia ſtatim ſentiunt medelam. preſumunt aliqui inungere pul
ſos ⁊ timpora patientis acutas cum ea in die tercio que ſi ꝓuocauerit ſu
dorem pronunciat ſalutem ſi autē perditōem. Data cū vino decoctōis
olibai poſt remollitōem ⁊ cū dialacca cōfert ſuſpioſ ⁊ frō hūore Pillule
ex ea addita mirra tente ī ore mundāt ſaniam ptiſicorum et empithoꝝ.

© Ministerio de Cultura

Data cū decoctione roſarū mūdificat ac conſolidat vel cauſa earundē. Data cū vino poſt vſuʒ oximellis emūdat inflationē ſtomachi ex humore frigido vel ventoſitate. Data cū vino decoctōis maſticis ⁊ nucis muſcate ac etiā iniecta per criſtere cum decoctōne mercurialis ⁊ ſenationis confert colice ex ventoſitate vel frigiditate. Data cū decoctōne caparis cōfert ſpleneticis: ⁊ cū vino decoctonis azari confert ydropiſi. ⁊ cū vino calido cōfert colice. Data cum decoctōne ſemis apii. feniculi ⁊ petro. ac etiā emplauſtrata pectini cū eiſdem ꝓuocat valde vrinam. Data cū decoctōne ſaxifragie ⁊ milii ſolis frangit lapidem. Data cū decoctōe rute et abſincii confert colicis ex ventoſitate. Data cum decoctōne conſolide opinatur cōſolidare vulnera. Datur febricitantibus cum calida non febricitantibꝰ cum vino. Doſis a. ʒ. i. vſq; ad. iii. Seruatur biēnio. ℞. ſeis iuſquiami albi. olibani. mirre. rute. gētiane. aā. ʒ. vi. piperis albi. ğ. xiiii. opii. ʒ. iiii. croci. ʒ. iii. minꝰ. ğ. vii. euforbii. corticis mandragore. ariſto longie lo. aā. ʒ. i. ⁊. ℈. i. mellis diſpumati lb. i. ⁊. ℥. i. ⁊ ß. incorporētur trita.

## Alicleta. Capi. clxxx.

Jcleta. ideſt experta reſpicit virtutē ꝓprie naturalē leſaʒ virtute defectu cōtentiue. reſtrigit eni plurimū: vnde diſſoluta aqua pluuiali. ⁊ ſuppoſita cū bombace ac etiā exhibita per os cū ferrugie et ſanguie draconis confert valde cōtra fluxū emorroydarū. Data cum decoctiōe maſticis curat diſſenteriā ſupioꝝ ac iniecta cū ſucco plantaginis quo fuerit fricatꝰ ematites quouſq; fuerit rubicatꝰ et etiā ſupēplauſtrata additis roſis bolo armenico ⁊ modico aceti curat diſſenteriā inferiorē. Data cum decoctōne balauſtie ſiſtit fluxū ventris. Data cum requie confert lienterie colice. Data cū decoctōe aniſi ⁊ ameos facit ad tortionē ⁊ rugitū ventris. Doſis quaſi. ℥. i. Seruatur triennio. ℞. corticis mirabolanoꝝ citrinoꝝ indoꝝ ⁊ kebuloꝝ nō recentiū aſſatoꝝ. aā. ʒ. ii. ⁊ ß. bellericoꝝ emblicoꝝ aſſatoꝝ. cimi. aniſi. feniculi. amei. carui aā. ʒ. ii. naſturcii. ℥. i. Conficit ſic. mirabolani infundantur per diem ⁊ noctē in ſucco citonioꝝ acetoſoꝝ. vel in aceto modico ru. in olla terrea. ⁊ humectētur. ⁊ cōſimiliter ſemiā ad partē mane exſiccētur in teſta terrea tūc calefacias patellam terreā vel ferreā ⁊ depone ab igne ⁊ imitte mirabolos cōmoue cōtinue ne aduretur: que niſi ſufficiēter fuerint aſſi calefacias patella ac imponas eos totiens quouſq; fuerint aſſi ſufficiēter. ⁊ cōſimiliter aſſentur ſemina deinde terantur. tunc ſuperadde ſpodii. balauſtie. ſumach. maſticis. gūmi arabici torrefacti in teſta. aā. ʒ. i. ⁊ ğ. xv. terātur oīa ſimul ⁊ fricētur cum modico aque roſaꝝ. vel cum oleo roſaꝝ. poſtea incorporētur oīa cum ſirupo mirtino. vel meliꝰ cū rob citoniorum acetoſorū qd̄ ſufficit. vel quaſi lb. i. ac reſeruetur in vaſe terreo.

## Opopira. Capi. clxxx.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hopira. quã ſãctiſſimi viri Coſmas ⁊ damianꝰ cõpoſuerunt. dr
ab opos qd eſt ſuccus. ⁊ pir qd eſt ignis: quaſi ſuccus ignitꝰ. Re/
ſpicit ꝓprie hũores frigidos infixos in remotis. Unde data cũ de
coctõne ſaluie primulaueris vel coſti ⁊ caſtorei in modũ auellane. aut in
uncto mẽbro cũ ea confert valde paliſi: ac ſanat paliſim oculoꝝ / oris et
gutturis / brachii / cruriũ / manuũ et pedũ. corporiſq3 totiꝰ. Confert etiaz
tremuloſis: et nequeũtibꝰ loqui. aut impedita verba ꝓferre: tenẽdo eã in
ore inũgendo mẽbra cõtracta ex repletõne in balneo cũ eo ſulfure viuo.
euforbio. ſcarabeis qui inueniũtur in balneis et inter libros curat eam
febrẽ inducẽdo. data cũ decoctõe peoĩe confert epilenſie. Data cum vino
confert maĩacis et melancolicis ex melãcolia naturali. Data cũ vino de
coctõnis olibani confert tuſſi ex humore frigido fluxibili ac poſt triduũ
detur ei cum decoctõe amidii. penidiaꝝ. caricaꝝ. paſſulaꝝ. liquiricie et y
ſopi. Data cũ aqua ordei poſt eruptionẽ confert pleureticis mũdificãdo
Data cũ vino decoctõnis pulegii et calamẽti confert oĩibꝰ doloribꝰ pec
toris et ſtomachi frãte. Data cũ decoctõe eupatori confert epatis frãte
vel opilatõe. Data cũ decoctõe caparis poſt vſum diureticoꝝ cõfert ſple
neticis induratis Data poſt euacuationẽ cũ decoctõne yris ⁊ petro ma/
yliof ex frãte curat eos. Data cum decoctiõe polipodii. querci et mercu
rialis confert colicis ex frãte. Data cum decoctõne ſaxifragie. ac etiam
emplauſtrata ꝑcipue cum muſcellino confert valde calculoſis. Data cũ
decoctõne caulis agreſtis et ſemĩs rute agreſtis loco bene cooperto con
fert quotidiane ex fleumate naturali ex pluribus aliis ſudorem prouo
cãdo. Doſis a. ʒ. i. uſq3 ad. ii. Seruatur quiquẽnio et vltra. ℞. herbe pa
raliſis. ſaluie. raſe. eboris. añ. ʒ. i. et g̃. xvi. opii. thebayci. ʒ. ii. ℈. ii. et g̃. iiii.
ciamoĩ electi. ſpice nardi. coſti. galãge. croci. ʒʒ. zedoari. xilobalſaĩ. reupõ
tici. piretri. coralli ru. gariofil. dragagãti. mirre. caſtorei. opopoãc. pipis
alb. ⁊ lõ. et nig̃. añ. ʒ. ii. ⁊ g̃. vi. balſaĩ. muſci. ligni aloes. ſqnati. medulle ca
ſiefiſt. ſtoracis. calaite. maſticis. ſtoracis ru. galbaĩ. ſerapi. plãte. aſſe fet.
melli loti. ariſtologie lõ. et ro. dragontee azari. ellebori nigri. meu. radicis
peoĩe. rafaĩ domeſtici. radicis acori. radicis peucedani. et mãdragore. be/
tonice. gẽciane. camedreos. pulegii cẽtauree maioris et mioris. ſpice celti
ce. capilli veneris recẽtis. abſincii re. ſponſe ſolis. ypici. tormentille. praſſi
viridis. millifolii. ſeĩs rute agreſtis. calamẽti. ſeĩs iuſquiaĩ. cardamomi.
carpobalſami. leuiſtici. farine ſubtiliſſime. orobi: ſeĩs petro. baccaꝝ lau
ri. ſileris montani. lupinoꝝ maratri: añ. ℈. ß. et g̃. xvii. mellis diſpumati
lb. ii. et. ʒ. ii. in parte cuiꝰ diſſoluatur caſia fiſ. et poſt puluis ceteraꝝ ſpe
cierũ: et vltimo impoat̃ balſamꝰ diſſolutꝰ in modico mellis vel vino. in
corporentur et reſeruẽtur.

Pan criſtum. Capi. clxxxii.

Ministerio de Cultura

An criſtũ.pan.ideſt.totũ.criſtũ quia recipit criſma.reſpicit pro-
prie virtutẽ naturalẽ diuerſis humiditatib⁹ grauatã ⁊ humores
extra vaſa vagãtes/inducẽtes febrem interpolatã.Unde datũ cũ
decoctõne quatuor ſeminũ frigidorum.vel cũ decoctõe cinamomi alipthi-
mi ⁊ vtriuſq₃ ſpice ante acceſſionẽ cõfert mirabiliter quotidiane.Datũ
cum decoctõe thimi ⁊ epithimi confert quartane. Datũ epilenticis cu₃
calida.ſtoãticis cũ aceto frigido paciẽtib⁹ tortões vel inflatões.daẽ cũ de
coctione apii vel feniculi calculoſis cũ vino decoctõis ſaxifragie diſtem-
peratũ abſq₃ opio vel ydromelle medetur plagas venenoſorum:⁊ prouocat
meſtrua abſq₃ mora.Doſ a.ʒ.i.vſq₃ ad.ii.Seruatur triẽnio.℞.opii the
bayci.ʒ.v.croci.ʒ.ii.⁊.℈.i.⁊ ß.ſiſeleos.ʒ.ii.calami aromatici.carpobalſai.
caſtoreos.cardemoĩ.maioris petroſilli.añ.ʒ.i.⁊.℈.ii.ʒʒ.caſie lignee.ſerapi
piperis albi.papaueris albi.ſemis iuſquiami albi.ſemis laureole.ſemis
rute agreſtis.maratri añ.ʒ.ii.ſpice nardi.meu.piretri.euforbii.aniſi.tri
folii.acuti.dauci.cretici.añ.ʒ.i.⁊ ß.mellis diſpũati.lb.i.⁊.ʒ.viii.terantur
ac incorporentur.

## Igia greca. Ca.clxxxii.

Gia.interpretatur ſaluatrix.greca.q: a grecis inuenta fuit. proprie
ſiſtit reuma frigidũ.Unde data cũ decoctõe olibani ſiſtit fluxum
capitis ad gingiuas ⁊ dentes.Unde etiã ſi dentes fricẽtur cu₃ ea
ac etiã ſuperẽplauſtrentur confert dolori ipſorum ⁊ oculorum fauciũ ⁊ ſuper
ciliorum diſſoluta in aqua eufraſie/ac iniecta poſt fomentatiõem cũ mol-
licies abſtergit nebulas ſordidas ab oculis .tenta in ore gargarizata cu₃
decoctõne balauſtie confert ſquinãcie reumatice.Data cũ dia olibano ⁊
dragaganto opitulatur aſmaticis tuſſientibus ⁊ ptiſicis ex reumate.
Data cum decoctõne ficuũ/paſſularum ⁊ liquiricie mũdificat pleureticos
Data cũ vino decoctõnis mente ⁊ maſticis curat dolorem ſtomachi vo
mitũ ⁊ faſtidiũ ex frãte.Data cum vino decoctõnis caparis auxiliatur
ſpleneticis.Data cum decoctõne aniſi auxiliatur yliofis.Data cũ deco
ctõne azari ⁊ ſquinãti confert ydropicis.Data cum decoctõne diuretico
rum medetur nefreticis.Data cum decoctõne coſti conſumit humores
frõs ⁊ viſcoſos cãm ad nefreſim ⁊ colicã.Bibita cum vio cõpeſcit crucia
tus podragricorum confeſti prouocãdo ſudorẽ.Data cũ vino pſeruat a no-
cumẽto aque corrupte.doſis a.ʒ.i.vſq₃ ad.ii.Seruaẽ biennio.℞. ſeis iuſ
qai alb.opii. añ.ʒ.ii.⁊.℈.ii.coſti amari.ʒ.i.⁊ g̃.xv.mirre.alli agreſtis.ori
gani.añ.ʒ.ii.⁊ g̃.x.ſtoracis.calaite.galbai agarici.gẽcẽãe.ſeis rute agreſ-
tis.ſticados arabici.praſſi.car damoĩ añ.℈.ii.⁊ ß.balſai.ſpice nardi.croci
ſquinãti.thiamatis.armoĩaci.terebentie. caſie lignee.corticis mãdrago-
re.radicis yrigorum.roſ.eupatorii.euforbii.carpobalſaĩ.pipis nigri:leuſti
ci.dauci.maratri.ſeis trifolii.añ.ʒ.ii.mellis diſpũati quaſi.ʒ.x. balſam⁹
diſtẽpetur modico mellis calidi.alia terãtur ⁊ icorporẽtur ac reſeruẽtur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Ydrocopion. Capi. clxxx.

Drocopion.ideſt.potus contra rigores/vel prouocatiuus ſudo ris.dicitur olimpiatū ab olimpiato inuentore. Reſpicit proprie virtutem naturalem leſam ab humoribus frigidis. Unde datum cum calida ante horā acceſſionis amputat quartanā ex melācolia naturali et quotidiana niſi ſit ex fleumate ſalſo diſtēperatū cū aqua calida ac inunctis tēporib⁹ extremitatib⁹ in diecretico alleuiat valde febricitantes ſudorē prouocādo. Datum cū decoctōne caparis confert ſpleneticis. Datū cū decoctōne aniſi ꝛ ameos aufert ſtatim inflationē colice. Datū cū decoctōne ſaxifragie ꝛ mili ſolis: curat calculoſos mingentes mūcos. Data cū decoctōne caſtorei medetur egritudines frigidas renū/et veſice. Datū cum ſucco plantagis: ſiſtit ſanguis mictum. Doſis quaſi.ʒ.i. Seruatur triennio. ℞.cinamomi electi.ʒ.iii.ꝛ.℈.i.ꝛ g̃.xvi.croci.ʒ.ii.ꝛ.℈.ii.ſpice nardi.mirre.olibani.opii.corticis mandragore.pipis lon. aniſi.ameos.ſeis apii.ſileris montani.ſeis iuſquia.añ.ʒ.ii.ꝛ g̃. viii.mellis diſpūati quaſi.℥.vi.ꝛ ß.terātur ac incorporetur.

## Filonium. Capi.clxxxv.

Filoniū.amicus nouus interpretatur.qḋ Philon primitus inuenit. Reſpicit ꝓprie virtutē naturalē ꝛ ſpūalem. Datum cū modico opii ac tentum in hora ſompni: mitigat dolorē dentiū frigidum nimiū mirabiliter. Intromiſſio eius in naribus cōperitur curare omnino. Datum cū muſſa: emendat tuſſim fleumatica ac difficultatem anhelitus.ac cōfert pleureticis ex frigiditate nefreticis ꝛ veſice cauſatis ex frigiditate: vel ventoſitate. Datum eſt vltimū remediū ptiſicis.mundificat eni ꝛ deſiccat ſanies eoꝝ: conſolidatqꝫ vlcera. Datū cum vino decoctōnis aniſi ꝛ carui confert cauſis nefreticis ꝛ veſice frigiditate vel vētoſitate. Eſt etiā ex meliorib⁹ medicis incedatōne dolorum fortiū: ꝛ confert apoſtemati renum. Datū cū ydromelle confert periploīe ꝛ dolori epatis. Datū cum ſucco ſanguinarie confert ſputo ſanguīs: iniectū cū lacte: confert dolori auris vehemēter. Datum cū vino cocto: confert indigeſtioni ꝛ ſingultui antiquo valde. Datū cum oximelle ſubuenit ſpleneticis/eruginoſis ſuper bibendo aquā frigidā: confert diſſenterie inteſtinoꝝ. Datum colico frigido facit euadere pre ceteris opiatis. Eſt etiā ex melioribus medicinis inſedatōne doloris fortis apoſtematis renum. Doſis eius eſt poſt ſex menſes.a.ʒ.i.vſqꝫ ad.ii. Seruatur biennio ſcōm arabes.ꝛ decēnio vſqꝫ ad.xx.ꝙ q̄to vetuſti⁹ ñ tñ tabefactū tāto meli⁹. ℞ pipis albi.ſem̄ iuſquiai alb.añ.ʒ.v.opii.ʒ.ii.ꝛ ß.ſem̄ apii.ʒ.i. medulle caſſieſiſ.ʒ.i.ꝛ ß.petro.maraß.ꝛ dauci cretic.añ.℈.ii.ꝛ g̃.v.euforbii.coſti añ. g̃.xx.pireß.ſpice nardi.zedoarii.añ.g̃.xv.mellis diſpūati.℥.viii.ꝛ ß. terāt

© 2016 Ministerio de Cultura

et incorporētur. alii addunt alia ꝛ alia. Et ſcd̄m quoſdā poſt decimū eſt melius. Uerum filoniū cum eſt illud qđ Filon cōpoſuit et eſt. ℞. ſemis iuſquiami albi. piperis nigri. an̄. ℥. xx. opii. ℥. xv. croci. ℥. vii. ꝛ ſ. ſpice nardi. piretri. euforbii. an̄. ℥. i. conficiātur cū duplo mellis diſpūati. Et ſunt qui ponunt caſtorei loco euforbii. ꝛ eſt iuuamētoꝝ expertoꝝ ac maniſe ſtoꝝ in ſedatione doloris. et ꝓprie datū cum vino decoctōnis maſticis. nucis muſcate ꝛ aniſi doloꝝ ſtomachi frigidoꝝ ex humore crudo vel vē toſitate groſſa. ꝛ ſedat dolorē colice cum decoctōne aniſi. et ameos. et viſ cerū. renum ꝛ matricis. et cum decoctōne yſopi et praſſi confert ad pre focationē anhelitus. et doloris laterū. et difficultatē vrine. et cum ſucco mente confert ſingultui vehemēti. doſis a. ℥. ii. vſq; ad. iiii. Seruatur tri ennio.

## Rubea trociſcata. Capitulo. clxxxvi

Ubea trociſcata. Rubea a colore rubeo trociſcata. quia plures trociſcos recipit. Et reſpicit ꝓprie virtutē naturalē grauatā humore colerico. inducenteq; reuma. Unde data cum decoctōne violarū aut ſucco plantaginis paululū ante horam acceſſionis intercipit tercianā ſimplicē aut duplicem interpolatā. Dando ex ea. a. ℥. ii. vſq; ad. v. cum modico auree vel muſe enee cum aqua roſarū ante horam acceſ ceſſionis terciane vel quotidiane. inungendo nares ꝛ pulſus cum eadē: affert ſanitatē. Pillule facte ex ea. et ſemine papaueris albi. ꝛ lactuce date: ac etiam diſtēperate cū ſucco papaueris albi ꝛ lactuce. epithimateq; timporib⁹ confert cōtra vigilias velut in declinatiōne freneſis. Data a ℥. ii. vſq; ad. v. cū modico auree. et muſe ene ante horā acceſſionis terciane note. Confert ac cū equali mixtura ipſius et auree. confert quotidiane ex fleumate dulci. ꝛ cum quarta parte tiriace. et vino limphato confert quartane ſanguinee. et cū eodem confert quartane ex colera aduſta et ex fleumate ſalſo: ac nolime tangere. oblata cum equali mixtura auree et tiriace: vel mitridati confert febre erratice. Data in ſero cum decoctōne violarū cōfert dolori capitis ex fumis eleuatis a colera et a matrice. ꝛ dolori auriū: ac ſurditati a cauſa calida. Data cum decoctōne roſaꝝ vel olibani confert reumati frigido liniendo palatū cū ea: confert caſui vuule. Data cum ſucco ptiſane ordeacee: compeſcit tuſſim ex acri reumate Data cum tercia parte tiriace ſimiliter cōpeſcit tuſſim ex acri reumate. Data cum tercia parte tiriace confert ſcabiei calide gutte. ro. morfee ſanguiēe impetigī et ſerpigī colericis. Data cuȝ decoctōne balauſtie confert caſui vuule humiditatib⁹ colericis. additis. ℈. iii. mirre confert empiati et ptiſi reumatici differēti conſolidari. Data cum ſucco plātagīs ac tenta in ore in pillulis ſiſtit ſputum ſanguīs. Data cum decoctōne olibani ſiſtit tuſſim ex acri fleumate reumatiȝāte. Data cū ſucco mente ſtringit vomitū/nauſeā ꝛ laxatōem vētris ex hūoribus frigidis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Data cū decoctōne ſandaloꝝ ru. confert ictericie ſplenis ⁊ dolori renuꝫ calidis. Data cū decoctōne ſcolopēdrie cōfert duriciei ſplenis ⁊ dolori renū calide. Data cū decoctōne ſcolopēdrie ⁊ olibani confert diabetice calide. Data cū decoctōne artemiſie cōfert retentōni meſtruoꝝ ex colera ſuffucationi/ ꝑcipitationi matricis ac impedimēto cōceptōnis cāis calidis ʒ.i. ex ea cū decoctōe mirre data qualibet vice poſt balneū confert impedimēto cōceptionis ex calore cū tercia parte tiriace. ex calida confert ſcabiei calide. Doſ a.ʒ.i. vſqꝫ ad. ii. Seruat̄ biennio. ℞. cinamoi electi. liquiricie. raſe. ſeīs papaueriſ albi an̄.ʒ.iii. ⁊ ℈.i. ⁊ g̃.v. croci. ro. ſeīs iuſqai albi ſeīs apii. an̄.ʒ.ii. ⁊ g̃.xv. ſpice nardi. violaꝝ. an̄.ʒ.i. ⁊ g̃.vii. gariofoloꝝ/ ſtoracis/ calamite/ opii. tebaici an̄.ʒ.ß. trociſcoꝝ/ crocei magmatis. trociſcorū ydiocri/ mirre/ aniſi an̄. g̃.xv. mellis diſpūati. ℥.viii. ⁊ ß. terant̄ ⁊ incorporentur.

## Requies. Capi. clxxxvii.

Equies dicitur/ qꝛ ſompnū preſtat/ que data cū ſirupo nenufarino vel violaceo in quo poſita et remollita fuerit ſeīa papaueris albi ⁊ lactuce trita ꝓuocat ſompnū/ ac cōpeſcit eſtuationē febriū incenſiuaꝝ cōtinuaꝝ ac interpolataꝝ ꝑcipue in declinatōne. Etiā cuꝫ ſirupo papaueris diſtēpata cū lacte mulieris epithimet̄ timporib⁹. Data cū calida alias cū ſucco vel decoctōie endiuie ante horā acceſſionis interpolataꝝ ſignāter terciane ītercipit paxiſmū. Data cū melle cōfert quotidiāe. Data cū vino opitulatur quartāe colerice. Doſ ei⁹ interpolatis ℥.i. ⁊ in cōtinuis. ℥.ß. Seruatur biennio. ℞. opii. ſeīs iuſquiami albi/ papaueris albi/ corticis mādragore/ ſeīs lactuce/ ſcariole ⁊ portulace/ pſilli/ nucis muſcate/ cinamomi electi/ zucari albi/ an̄.ʒ.iii. ſandali albi ⁊ ru. ⁊ cit. ſpodii dragagāti an̄.℈.ii. ⁊ g̃.v. Conficitur cū ſirupo violarū pacutiſ. ⁊ cum melle. ℥.viii. pro interpolatis.

## Trifera magna. Capi. clxxxviii.

Rifera magna/ dicta magna ꝓpter magnū fructū quē affert mulieribus ſignāter/ ꝓprie reſpicit membra naturalia ⁊ ꝓpagatōis Data cū vino decoctōnis olibani reſiſtit cauſis reūaticis. Data cum ſemīe papaueris albi ⁊ lactuce accomodat ſompnū mulcebrē. Data piplemonicis poſt. xiiii. diem cū vino decoctōis mirre mūdificat ⁊ abſtergit ſaniē ab eis Data cū vino decoctōis gariofiloꝝ aniſi ⁊ nucis muſcate cōpeſcit dolorē ⁊ frigiditatē ſtōi ⁊ inteſtinoꝝ. Data cū vino decoctionis aniſi/ cimī/ ⁊ coſti/ cōſumit vētoſitatē ſtōi ⁊ inteſtīoꝝ. Data cū ſucco plantagīs aſſeritur eſſe vtiliſſima contra vomitū et egerētib⁹ ſanguinē velut in diſſentericis. Data cū pſicoꝝ nucleis/ et vino tepido occidit lūbricos et aſcaridos. Data cū ſucco arteīſie ſuppoſita cū oleo/ muſcellio in bōbace ꝑcipue ſine opio cōtinuādo ꝑ ſeptianā ac īnouādo educit muſ

© Ministerio da Cultura

fillagines ⁊ poſtea meſtrua habundāter. Peſſariū ex ea imiſſum triduo cū bombace cōfert mirabiliter mulieri nō cōcipiēti ex humiditate. Data mulieri cū vino decoctōnis radicis mādragore. vel maiorane confert valde vt mulier cōcipiat. Datū cum micleta ⁊ ſauguie draconis ⁊ aqua pluviali retinet meſtrua. ⁊ cū ea diſtēpata in ſucco plantagis emplauſtret matrix ante ⁊ retro acuata cū nigella ſine opio aperit emorroydas. Diſtempata cū lacte mulieris ac exhira pueris qui nimis de nocte garriunt cōfert eis. Sūpta cū vīo calido ꝓuocat ſtatī ſudorē. Doſ a. ʒ. i. uſq; ad. ii. Seruat biēnio. ℞. opii. ʒ. ii. cinamomi. gariofiloꝝ. ſpice nardi. galāge. zedoari. coſti amari. ʒʒ. ſtoracis calaīte. calami arōatici. ciperi. yris. peucedani. acori. corticis mādragore. ſpice celtice. ro. pipis lon. aniſi. feniculi. apii. petro maceō. dauci. ſeis iuſqaī albi. baſilicoīs. gariofilate. aā. ʒ. i. mellis diſpūati. ℥. x. puluerizētur. ⁊ puluerizata incorporētur.

## Anthidotum emagogum. Capi. clxxxix.

Anthidotū emagogū. Ancidotū. ideſt cōtra datum. emagogū ab emach qđ eſt ſanguis. ⁊ gogos ductio. quaſi ſanguinē ducēs. ſ. meſtrualē. reſpicit ꝓprie membra naturalia. ⁊ ꝓpagatiōis ꝓprie mulieris. Datum cū decoctōe calamēti ⁊ arthemiſie: educit mirabiliter meſtrua. ⁊ fetū mortuū. Datū cū decoctōne ariſtologie. lon. mūdificat puerpas. ac interficit fetū ⁊ ſcōiam expellit. Datū cū decoctōne ſaxifragie ⁊ acori frangit lapidē veſice ⁊ expellit. Datū cum decoctōne diureticoꝝ confert epaticis opilatis. ꝓuocat vrinā ſtranguriā/ ⁊ nefreſim ſanat. Datū cuʒ decoctiōe tamarici ſpleneticis cōfert induratis. Datū cū decoctōe nucis muſcate ⁊ galange cōfert indignatōni ſtomachi frāte Datū cū decoctōe mente retinet vomitū frāte vel indigeſtiōe. Datū cū vino decoctōis azari educit fortiter fleuma. Datum cum decoctōne rute/ aniſi confert colice vētoſitate vel fleūate. Vſus ei⁹ in mane cū vino conſeruat ſanitatē infrā cōplexiōe. obeſt tū̄ patiēti emorroydas. vel meſtrua. doſ ei⁹ a. ʒ. i. vſq; ad. iii. poſt balneū. Seruatur biennio vel triēnio. ℞. ſauine/ ſemis apii/ ellebori nigri/ orobi/ petro ma. cipi/ caparis cīmi. aā. ℈. i. radicis acori/ azari amomi/ ſeis atriplicis/ maratri/ aā. ℈. i. ⁊ ğ. vi. aniſi/ dauci cretici/ piretri/ mirre/ ſemīs rute/ ſpice nardi/ ſquināti. ʒʒ. aā. ℈. ii. ⁊ ğ. xini. cētaure miōris. radicis peonie. aā. ℈. i. ⁊ ğ. vii. centaure maioris/ nigelle/ aluīs zucari/ ſimirn⁹ gariofiloꝝ. aā. ℈. ii. xilobalſami. ℈. i. ğ. xini. folioꝝ lauri. ℈. ii. ⁊ ß. ⁊ ğ. iii. liquiricie raſ. ʒ. i. ℈. ii. lupinoꝝ. ʒ. ii. et mellis diſpūati q̄tuʒ ſufficit. terantur ⁊ incorpentur et reſeruetur.

## De emplauſtris. Capi. cxc.

Emplauſtra irreſolubiliora oleis ⁊ vnguentis diuciori mora operantur potēti⁹ mēbro quo ſupponūtur q̄ ea. ipſa eñ efficacie operantur mēbris quib⁹ ſupponūtur dū tū̄ pletoria nō ꝓdominētur

h

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quomodo tñ inungitur vel fomētatur primitus membrū vſq3 rubeat
ac humefiat oleo vel vnguēto calido ſitante penetrationē emplauſtri ve
lut inūgit ante ſagmīe anatis aut oleo calido ex roſis expanſis. aut ſo
mentatur locus apoſtēoſus decēter diu cū decoctōe calidarū herbaꝝ ex
quibus emplauſtrū maturatiuū vel reſolutiuū eſt ſupponendū calidū.
¶ Sciendū etiā ꝙ in vnguētis .i.ʒ.ini.oleis vel anſugis. alias ſagis lique
factis ⁊ colatis ponūtur.ʒ.i.cere in hyeme.⁊.ʒ.i.⁊ ß.in eſtate pulueriza
toꝝ.ʒ.ß.nō numerādo gūmas liquefactibiles. ipſa em̄ vnguēta ꝑ annuȝ
ſeruantur.

## Emplauſtrum apoſtolicon. Capi.cxci

Emplauſtrū apoſtolicon. Emplauſtrū dr̄ dura cōfectio ex duris ⁊
cōglutinoſis rebus que in manib⁹ pñt malexari. apoſtolicō. ideſt
principale vel ſupra poſitū. Reſpicit ꝓprie mēbrū ſuſceptiuū egri
tudīs cōcreate vicio flātis: ſubtiliat ac incidit ⁊ extrahit adeo ꝙ adiun-
cto diptamo attrahit ſagittas ⁊ lanceas oſſib⁹ nō infixas. Iterū cōtra
venenū. vnde ſi quis morſus ab aīali venenoſo ſupponat ventoſam cuȝ
ſcarificatōe. poſt inūgatur tiriaca. poſtea ſupponatur apoſtolicō: valde
confert. Cōfert etiā valde ad dolorē neruoꝝ cōcuſſoꝝ velut ſi in cōcuſſio
ne ceruicis ſal uel ciminū torrefacta in tegula calida ſacellētur. ⁊ poſt a
poſtolicō ſuꝑ inducatur ſunt remediū optimū. cōmixto cū eo puluere ra
dicis lilii. ac ſuppoſitū etiā ſcrofulis ꝑcipue recētib⁹ poſt vſum diuretico
rum diebus octo. ⁊ poſt inunctionē cum oleo de lilio cōfert valde. Etiā ē
ſanatōis magne in ſcrofulis mortalib⁹ ruptis ſanioſis. curat ſanioſis
cancrenā ⁊ fiſtulas exſiccādo ſuppoſitū vulnerib⁹ ſanat ea mūdificādo
⁊ carne replendo. ac inducit cicatricē bonā abſq3 ſuſpitōne: ꝑcipue ſi bal
ſam⁹ ei admiſceat ſuppoſitū vulneri cum puluere boli ar. ꝓhibet fluxuȝ
humoꝝ ad vuln⁹. medetur ad neruos ꝑciſos. muſculos ⁊ punctas tenē
do foramē apertū. Sanat collectōes ſine eruptōe remouēdo dolores reu
maticos tumefactos in gēu vel talōe ſiccat ⁊ curat Super indutum aſſi
due maturat ⁊ rūpit apoſtēta in pectore ⁊ pulmōe. ſtō ⁊ epate. diafrag-
mate vel ſub coſtis orta: ſoluit tumorē ⁊ duriciē ſpleīs ſuꝑ emplauſtratū
ſanat dolores renū. modus cōpoſitōis ei⁹ coior eſt. ℞. litargiri. aurei mū
di limpidiſſimi re. ʒ. vi. cere. ru. colofonie. añ. ʒ. ii. propoleos ſeu ſordiciei
ſeu ſuꝑfluitatis ſubrubee ac malaxabili apiuȝ adherētis aluearibus. ce-
re dealbate. vici quercini. añ. ʒ. i. armoniaci. lapidis calamīaris. añ. ʒ. vi.
maſticis. turis minuti. añ. ʒ. ß. terebētine. eris vſti. bdellii galbani. mirre
ſarcocolle. batiture eris ſubrubee. diptami. ariſtologie. ro. praſſi viridis
oppoponacis. añ. ʒ. iii. Conficitur ſic. galbanū. armoniacū. ⁊ oppopona
cum trita aliquantulū reponātur in vino antiquo ſic vt bñ coopiātur
ꝑ noctē ⁊ in mane buliāt donec liquefiāt ⁊ ꝑ caſiā colentur. et iteruȝ bu
liant vſq3 ad cōſumptionē vini. Deinde litargirium ſubtiliſſime pulue-

rizatū coquatur in oleo in caldario.ſ.ꝙ in lb.i.litargiri apponatur lb.i.
ꝛ ß.olei.ꝛ tādiu buliat agitādo cōtinue cum ſpatula donec ſuper lapidē
poſitū inſpiſſetur in modū cere.ꝛ cera illico apponatur:qua liquefacta
apponatur colofonia.poſt maſtix ꝛ olibanū.deinde imponatur mirra.
et facto interuallo imponatur bdelliū.deinde uiſcus quercini/quo lique
facto imponatur terebētina/qua liquefacta ponatur caldariū in terra
et tunc gumi in caldario paulatī imponātur nō tñ cum impetu ſed pau
latim.ꝛ iterum ſup ignē mittatur.ꝛ cuꝫ ſpatula agitādo ꝑmittatur ali/
quantulū bulire.poſt addatur ſarcacolla ꝛ lapis calamīaris.ꝛ facto in
teruallo ponatur viridi eris es vſtum ꝛ batitura eris trita cōtinue agi
tādo quouſqꝫ incipiāt rubeſcere.ad vltimū diptamꝰ ꝛ ariſtolog.ro.trita
Signū decococtōis ꝑfecte eſt vt ꝑs infuſa in aqua frigida efficiatur du
ra moderate.ꝛ aditis malaxata nō inuiſceꝶ ſeu adhereat demū effundaꝶ
in aq̄ frā poſt extractū ab aq̄ manibꝰ exprimēdo ac malaxādo ita tracteꝶ
ut exeat aqua tota.ꝛ manibꝰ inunctis oleo laurino magdaliones infor
mētur ꝛ vſui reſeruētur annis.v. Cirurgici aliter ipm̄ cōponūt.ꝛ alios
ꝓducunt effectus.ꝛ hoc eſt qđ dictum eſt.

## Emplauſtrum ceroneum. Capi.cxcii.

Mplauſtrū ceroneū.dictū acera.humectat mēbra ſiccata frāte in
uncta ꝑmitꝰ humectaīs verū tūc oportꝫ cerā albā ſupaddi ꝛ ecō/
uerſo. ſupinductū cōfert mire cōtra ſpatularē pectoris ꝛ pulmo
nis ex dolore et hūore frō vel ventoſitate.Etiā ſi ipī humores fluāt ad lo
cum loco prius inūcto oleo laurino et petroleon calido. Itē cōfert dolo
ri frō cronico epatis ꝛ ſplenis poſt remollitionē cū dialtea ꝛ vſu diureti
coꝝ duriciē amouēdo.et ſimilr̄ curat anaſarcā timpanicē alchitē ꝛ ydro
pem.Confert etiā inflātioni ex frāte vel melācolia naturali ſup poſituꝫ
poſt inunctionē cū vnguēto aureo vel laurino calido/placat dolorē ylii
ac torturā inteſtinoꝝ ex frāte vel ventoſitate.Tñ ſupducaꝶ veſica enea
plena oleo laurino vel coī antiquo calido. ſupēplauſtratū emēdat diſtē
perantiā renū.veſice.lūboꝝ ꝛ pudēdoꝝ frāte vel vicio lapidis poſt vſum
decoctōis ſaxifragie ſupinductū poſt fomētationē centuꝫ galli.alias aut
camepiteos ꝛ pulegii ſubuenit dolori et inflāmationi matricis ex frāte
Emplauſtratū poſt inunctionē cū vnguēto calido medetur artheticis.
podragricis.ſciaticis ex frāte.Suppoſitū mēbro quo cōtinetur flā vituꝫ
aut acetoſum materia fe.interpolate velut ſtō aut ſpleni cōfert. abluta
morſura canis rabidi aut ſerpentis cum ſucco mente.ac ceroneū diſtem
peratū cum eodē intromiſſum.et poſt ſupēplauſtratū confert.ſeruatur
ānis.v. ℞.cere picis abraſe a nauibꝰ bñ colate.āñ.℥.ii.ꝛ.ℨ.iii.ſerapi.ℨ
ii.aloes.olibani.mirre ru.āñ.ℨ.i.opopoācis.galbani.ſtoracis ca.maſtič
fenu greci.aluis.āñ.ℨ.vi.croci armoniaci limpidiſſimi. ac recētis tere/



(c) 2006 Ministerio de Cultura

bētine.colofonie.añ.ʒ.i.ꝛ ℥.iii.timiame.ſtoꝛacis ru.bdelliū.añ.℥.iii.litar giri.℥.i.ꝛ ß.Conficitur aūt ſic.galbanū ſerapinū armoniacū.ꝛ opopona cū:iiii gūmi ꝓpentur cū vino vt in apoſtolicon dictū eſt. buliāt aūt vſqꝫ ad conſumptionē medietatis inſtagnato ſup ignē poſito cū cepit bulire pix naualis bñ colata addatur ꝛ cū ſpatula bñ agitetur:donec liquefiat et cū liquefacta fuerit addatur cera.ꝛ cera liquefacta poātur colofonia et poſtea ſtoꝛax cum piſtello calido fruſtratim trita ponatur in ſtagnato.poſtea maſtix ꝛ olibanū deinde mirra cum bdellio.ꝛ facto interuallo ponatur terebentina.ꝛ ſubſequatur alumē ꝛ litargiriū. ad vltimū fenugrecū bñ puluerizatū:cōtinue agitādo.Signū decoctōis eſt.ſi modicū poſitum ſup brachiū nudum adhereat pilis qđ cū fuerit decoctū fundatur ſup aquā frām.ꝛ extractū ab aqua imponatur aloes puluerizatū ſuper marmoꝛ inunctū oleo laurino.malaxetur conſequēter cum croco puluerizato.ac inunctis manibꝰ eodē oleo laurino magdaliones infoꝛmētur. ꝛ vſui reſeruētur.

## Emplauſtrum oxirocroceum. Capi.cxciii

Emplauſtrū oxirocroceū. đr ab oxi. qđ ē acetū.ꝛ a croco qđ ītrat facit optīe ad oſſiū fracturaſ oēs ꝛ conq̄ſſatōnes ꝛ ad tumorē ꝛ ad doloꝛes furioſos membꝛoꝝ omniū ex frigiditate ſcrofulas ꝛ glandulas reſoluēdo diſꝑgit plagas ꝛ moꝛſus ſerpentuꝫ.ac alterius aīalis purgat deſiccādo replet ac cicatrizat.ac mitigat doloꝛes furioſos omniū rabidorū et apoſtēata interiꝰ ꝛ exteriꝰ nata. Sup inductū maturat.rūpit.purgat.ac cicatrizat doloꝛi duriciei epatis.ſtōi.ꝛ ſplenis ꝛ renibꝰ ſubuenit. ℞.croci.cere.picis a nauibꝰ abꝛaſe.colofōie.añ.ʒ.iiii.terebētine.galbani armoīaci.mirre.olibani.maſticis.añ.ʒ.i.ꝛ ℥.iii. Fiat aūt ſic galbanū et armoniacū aliq̄ntulū cōtuſſa ponātur in ſufficiēti aceto ꝑ noctem.mane vero ponātur ſup ignē inſtagnato vſqꝫ ad liquefactionē ꝛ liquefacta colentur per pannū in cacia.coquātur aliquātulū donec acetum conſumetur.tūc addatur pix naualis bñ colata ꝛ liquefacta. ꝛ addatur colofonia.deinde terebētina.interuallo facto imponatur maſtix.olibanū ꝛ mirra ſemꝑ a pꝛincipio agitādo cum ſpatula.ad vltimū cū coctū fuerit infundatur in aqua frā.ꝛ extractū ab aqua manibꝰ cōꝑmatur vt tota aqua exeat.et in marmoꝛeo ſupinūcto oleo laurīo:puluere croci ſuꝑaſꝑſo malexetur.et factis magdalionibꝰ reſeruetur biennio.

## Emplauſtrum diaquilon. Capi.cxciiii.

Emplauſtrū diaquilon.de ſuccis valde cōe iuuatiuū voci.apoſtēatibus duris.cancro ꝛ adubelati.duricieiqꝫ ſplenis.epatis.ſtōi.ꝛ ſcrofulis ꝛ glandulis.et bubonibꝰ creſcentibꝰ.oīqꝫ duriciei.reſoluit.maturat.ac mitigat.confert gilboſitati.Ipm diſſolutū cū oleo camomille eſt exꝑtū in apoſtēate auris calido.Diſſolutū cū oleo eſt.ꝑꝑiū in matu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rando apoſtēa nociuū: malaxatū cum oleo de lilio/ eſt forte in maturati one pleureſis. ipm etiā maturat carbūculos. Et fit ſic. accipe litargii au rei mūdi a plūbo ⁊ ſcoria. ℥. ii. teraṫ vltiate puluerizādo. deinde imponā tur in mortario lapideo cū ℥. iiii. olei clari ⁊ antiqui plus vel min⁹ ne pe nes eſtatē aut hyemē agitētur diuti⁹ cū piſtello ferreo/ tunc imponātur ſup ignē lentū in olla terrea agitādo cōtinue fortiter. tūc impone muſſil lagines caleſactas paulatiue agitādo diutiſſime. ⁊ coque ad pfectionē/ agitādo cōtinue. ⁊ informa magdaliones malaxādo. Qd ſi impoſueris muſſillaginē melli lotiuerit magis mitigatiuū. Qd ſi impoſueris radicē lilii ſiccā puluerizatā erit reſolutiuū ⁊ maturatiuū ut p ſcrofulis. ⁊ tūc etiā malexeṫ hora admiſtratōnis cū ſucco lilii. q ſi apoſtēa medicanduz fuerit calidū miſceaṫ muſſillagis pſillii. ℥. ii. q ſi fuerit frigidū cū muſſil lagīne ſinapis erit valde forte. Cūq3 fuerit neceſſe extēde eū ſup coriū alu te. vel ſup pannū. ⁊ ſup pone.

## Emplauſtrum diapalma. Capi. cxcv.

Mplauſtrū diapalma. igitur conſolidatiuū. ac incarnatiuū. ipm malexatū cū oleo omfancino ſic vt fiat ſicut cera. Cōſolidat opti me vulnera curatōis ac conſolidatiōis difficiliū ⁊ vulnera cetera maxīe cū fit cū ſepe vituli pcipue cū addideris in recepta ipi⁹ vitrioli ro mani lb. ß. Ipm etiā curat vulnera ſanguinolenta. ⁊ vulnera manuū ⁊ pedū frāte niuis. ſupligatū cōfert valde oī cōcaſationi fracture. ⁊ cōtuſi oni. Confectū cū oleo veteri ⁊ ſagimīe. confert etiā mirabiliṫ oī tumori et inflationi. Curat apoſtēata iūcturaꝝ corpiſq3 toti⁹. ⁊ maxīe ſi oleū eſt roſaceū ex ro. expāſis. Curat etiā apoſtēata peſtilēcialia. ⁊ antracē in car ne molli. Ipm etiā abſq3 ſagimīe liquefactū cuz oleo rudii in duplo ma laxando: curat apoſtēata ad eff luxū materierū plus ceteris. oī hora cui nō ineſt vehemētia doloris quo nō oporteat corp⁹ euacuare. vel imponi mitigatiua augēdo. minuēdo ve repcuſſiua ⁊ reſolutiua diſcrete. Et va let apoſtēatib⁹ duris. ⁊ cū ſuccis friis cōpeſcit heriſipilā et ſoluz curat eā declinatōe. Liquefactū cū oleo ro. in duplici vaſe. ac vt penetret p criſte re cōpiṫ cōferre apoſtēati ani colonis ⁊ ingrinis plus ceteris cūctis imix to aceto rubeo. ē principiū cōbuſtioni ignis āpullate cōſolidādo oī hora ſuppoſitū aq antecꝗ apoſtemētur. Et fit ſic. ℞. anſugie porcine veteris ſi ne ſale mūde a uentriculis. et liquefac igne vaſe duplici. vel vitreato cū q̄ ritur reſolutio in plus. vel ſepū vituli mūdi a pāniculis cū q̄ritur reper cuſſio ac conſolidatio in plus lb. ii Itez. ℞ vitrioli romani ſeu caparos ℥. iiii. litargirii aurei. lb. iii. ambo purgata puluerizētur vltimate ī mar moreo. cui ſupinfunde olei antiqui librā vnā. agitando diutiſſime cū ra mo palme raſe. deinde ſuppone ſagimē vel ſepum pdictum agitando. et pone ad ignem in caceola vitreata. vel inſtagnato vaſe agitādo cōtinue



(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum groſſiori pte rami palme die qua abſcinditur. vel die ſequēti in hye-
me abraſo cortice. Cunqʒ exſiccabitur: abſcinde q̄d tabefactū eſt: ⁊ cū eo
q̄d ſupeſt cōtinuetur agitari ſed tūc ramꝰ alius palme recens raſus ⁊ in
ciſus minutiſſime cōtinuetur quouſqʒ deueīat in modū cere liquefacte
humiditas que fruſtrorꝫ rami fuerit conſumpta qui tūc abiciētur. Sig
num decoctōnis eius cum proiectū in aqua non liqueſit: tunc in forma
magdaliones reſeruatur in annis duobus.

## De vnguentis. Capi. cxcvi.

Vnguentū citrinū. vnguentū d̄r. q̄r cum eo vngitur. citrinū d̄r. q̄r
in pomo citrino coquitur. reſpicit ꝓprie membra ſordida ⁊ labes
corpis totiꝰ. Si facies vel pars alia corpis inungatur fortiter fri
cando cum eo. ⁊ poſt cū ſaphōe ⁊ aqua calida. ac exſiccata iterū conſimi
liter ⁊ poſt fricētur optime cū pulpa citranguli ac totidem inungantur
Unguento eodē in ſero ⁊ mane abluatur cum calida reddit partē purā
lenē ⁊ albā amouēdo mirabiliter lantigines. nigredinē. ac puſtulas fleu
matis ſalſi: ortas in tibiis vel alibi. ac etiā ſubtiliat cicatrices. inungēdo
litargirio adiūcto ac inunctū facies emēdat leproſorꝫ. Subtiliter etiā diſ
tēpatū cū albuīe oui et aque ro. ac illinitū oculo ab extra: extrahit miro
modo ſanguinē mitigando dolorē ex colera vel ſanguīe. Ex vniuerſali an
tidotho facit ad tūores ⁊ calorē manuū/ pedū ſeu locorꝫ aliorꝫ. et cū len-
tiſcino camomillino vel ro. ſuꝑ inductū linteolo cōpitur conferre dolori
inteſtinorꝫ neruo inciſo ſeu contracto cachochimia vulnera exſiccat. re-
plet ⁊ cicatrizat. Et fit ſic. ℞. borracis. ℥. ii. camphore. ℥. i. coralli albi. ℥. ß.
lapidis armeī. facti ex vitro. ℥. i. lapilli albi litoris maris dicti vmbilicꝰ
marinꝰ. dragagāti albi. amidii. criſtalli albi. lapidis entalis ⁊ dentalis.
olibaī albiſſimi. nitri. an̄. ℥. i. gerſe ſerpētarie. ℥. i. marmoris albiſſimi. ℥. i.
ceruſe coīs. ℥. vi. anſugie nouelle albiſſime. porcine lb. i. ⁊ ß. ſepū arietini.
vel caprini. anſugie galline. an̄. ℥. i. ⁊ ß. Cōficit̄ ſic. tere dragagantū ⁊ vm-
bilicos marīos ſimul in mortario cū piſtello ferreo. cetera terātur ſigilla
tim in eodē mortario. deinde caldariū aque plenū bulliat. ⁊ cacabus cuꝫ
anſugiis pendeat in caldario in ipſa aqua. vt calore ipſiꝰ anſugie lique-
fiant. que liquefacta per pannū album ſubtile colentur in caciā. ⁊ mox
totus puluis imponatur preter camforā boracē cōtinue agitando cum
ſpatula quatenꝰ fiat omniū imcorporatio bona/ quo facto ponatur in
vno pomo citrino vel duobꝰ cauatis. ⁊ ſuꝑ carbones ponantur donec li
quefiant. ⁊ cum bulire ceperit ponatur in catino etiā cum ſpatula agi-
tando. puluis borracis ⁊ camphore imponatur ac agitetur donec incipi
at frigeſcere. ⁊ in vaſe marmoreo reſeruetur per annū.

## Unguentum aureum. Capi. cxcvii

(c) 2006 Ministerio de Cultura

V Nguentū aureū. aureū dictū p excellentiā. ꝓprie reſpicit leſionē lapidis. qđ inunctū valet cōtra oēs guttas acutas frās. ⁊ contra omnē morbū ex frā cā. ⁊ ydropiſim. ⁊ ſtranguiriā. ⁊ paraliſim. inunctū ſup renes ad ſolem vel ad ignē: maxie poſt balneū: ac exhibitionē ſaxifragie cū vino albo confert potēter ad lapidē renū. Et inunctū circa veſicā ⁊ piconeō confert ſpecialiter diāpni frē. ℞. ſaxifragie re. ariſtolo-gie longe. ⁊ ro. yſopi radicis. enule cāpane. pulegii. artemiſie. radicis pē tafilon. rute domeſtice. folioꝝ lauri. herbe vēti. roris marini. matri ſilue camedreos. cipi. radicis ſpagii. bruci ⁊ feniculi. aniſi. añ. lb. i. radicis al-tee raſſe. valeriane. meu. añ. lb. ii. ſeis ſinapis. radicis yrei. leuiſtici. mile ſolis. ſeis petro. ſileris mōtani. petroſ macedoni. cardamoi mioris. aneti. baccaꝝ lauri ⁊ iunipi. lapidis lincis aīalis. añ. lb. ß. ſeis baſiliconis. ſemē vrtice. ſemen citri. ſemē apii. euforbii. añ. ℥. ini. adipis vrſi ⁊ vulpine. olei lauri. petroleon. añ. ℥. iii. ſquināti. coſti. piretri. maſticis. olibani. mirre: añ. ℥. ii. balſaī muſcellini. añ. ℥. i. olei dulcis ⁊ cere qđ ſufficit. Herbe colli-gant̄ menſe madii. ⁊ cōtrite mittātur in vino albo in quo ſint dieb⁹. xx. poſt addat̄ olei qđ ſufficit. et buliāt donec herbe incipiāt dimitti. et colē tur p ſaccū. ponātur ibidē cere lb. xii. buliant donec cera ſit bn̄ cōmixta. Deinde ſupponātur pinguedies diſſolute ac bn̄ colate. ⁊ parū mittant̄ bulire. poſt ſupfundat̄ oleum laurinū. ⁊ depoſito ab igne ſupinducātur alia olea. poſtea puluis coſti. piretri. ſquinanti. quarto olibanū. quinto mirra p interualla. depoſito ab igne euforbiū vltimo petroleon incorpo rando. Seruatur annis quinq̄z.

## Unguentum dialtea. Capi. cccviii.

V Nguentū dialtea. dictum a radice altee. que intrat in plus. ⁊ eſt mollificatiuū ⁊ calefactiuū. ꝓpterea caleracit ⁊ humectat oīa loca infrāta ac deſiccata inūgendo ea ad ſolem vel ad ignē. Facit ꝓprie ad dolorē pectoris ex frāte. ⁊ confert pleureſi inungēdo pluries fri cando fortiter ſplenē cū eo calido quol3 mane mollificat ipm. Inunctio cū eo addito gūi hedere cōfert multū arthetice ex vtraq̄z cā et podrague. Inunguēdo etiā cum calido frigorē podragoꝝ cōpeſcit. Rurſus incipit articulos ad vſum ꝓpriū reuocare. motūq̄z ac inceſſibilitatē ad cōnume ralitatē reſtaurat. mēbꝝ ꝯtractū relaxat. Fricādo cum eo ad balneū. vel ad ignē: ſanat mire cōtractos ad dolorē neruoꝝ. Inungēdo ad ſolem vel in balneo: remediat duricies oēs. Inunctū iuxta ignem pagorizat febres perydiocas ſiue inūctū ſtomacho medetur quartanarios ⁊ duricies ſto machi ac viſcerū. inflāmationeſq̄z ſtomachi oēs ⁊ faſtidiū. Sup illini tum ſoluit illaborioſe conſtipationē ventris: etiā antiquiſſimā obttem perat adeo vt ſquiballas antiquiſſimas ſoluat mire egritudinē ipius lō gam diſcutit inungendo pluries ⁊ fricando ſplenem cathamane mollifi

h ini

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cat ipm plagella inũcta cũ eo ſeu poſita pectori ⁊ vmbilico cõfert frigidi
tati matricis.et fit ſic coi⁹. ℞.radicis maluauici re.raſe.lb.ii.ſeis lini et
fenu greci.camõille añ.lb.i.vel ℥. ſquille.colofonie.raſine añ.librã.℥.tere
bentine.gũmi.edere.galbani.añ.℥.ii.olei dulcis lb.iiii.cere albe.lb.i.aliq
addũt butirũ recentẽ.Cõficitur ſic.radices oẽs abluãtur bñ.⁊ terãtur ſi
milit̃ ſem̃ lini ⁊ fenu grecũ ⁊ ſquilla in lb.i.aq̃ triduo.quarta vero die ſu
p ignẽ ponãt̃ ⁊ buliãt in ereo donec incipiant ſpiſſari.deinde paulati in
ſacco ponãtur.⁊ cũ exprimere volueris addatur aliq̃tulũ aq̃ feruẽtis vt
muſcillaginoſitas ſucci illi⁹ extrahatur.de quo ſucco lb.iii.ponãt̃ in lb.
iiii.olei.⁊ buliãt lente vſq; ad ſucci cõſumptionez.poſtea addatur cera ⁊
butirũ ad libitũ.cũq; liquefacta fuerint adde terebẽtinã.galbanũ ⁊ gũi
edere ad vltimũ ponatur puluis celofonie ⁊ raſine.Coctũ ab igne depõa
tur.⁊ cũ infrãtuz fuerit ac coagulatũ recolligatur.Seruatur p annũ.

## Unguentum marciaton: Capi.cxcix.

Nguentũ marciatõ.dictũ a marciatõ:ſeu a marciano piti̇ſſimo
phõ inuẽtore ipi⁹.Reſpicit ꝓprie mẽbra indurata materia frã cõ
fert dolorib⁹ oib⁹ fris cõfert maie trite melãcolice.litargie. ⁊ mĩgnee p⁹
purgationẽ ⁊ colice fris.inũctũ ad ſolẽ vel ad ignẽ.valz ad frãtem ⁊ dolo
rẽ ſtõi ⁊ pectoris ⁊ ſcliriosi.ſplenis ⁊ epatis ⁊ ꝓlii dolores. Inũctio ſtõi
cũ eo calido ⁊ mẽta cõfert valde faſtidio ⁊ nauſee fris.et addito caſtoreo
ſubuenit ſtatĩ paliticis ⁊ artheticis.ſciaticis ⁊ podagricis ⁊ nefreticis ꝓ
deſt potẽter tumores reprimit.Et accipiẽdo ex eo raſine mollis/ cere albe
añ.℥.i.et cõmiſcẽdo igne lento in vitreato ⁊ depoſito ab igno i miſcẽdo .a
gitãdo cõtinue.℥.℥.terebẽtine/ efficitur vnguẽtũ dictũ.deus ⁊ eoꝝ.cõferẽs
valde apoſtẽatib⁹ maturãdis ⁊ ſanãdis:quib⁹ ſi inſit caro ſupflua impo
natur modicũ viridis eris. Cũ q̃ris cõſolidare in pl⁹ ipoãtur puluis oli
bani/ ⁊ galbani/ ⁊ gũme lupini. Et fit ſic.℞.cere albe lb.ii.olei lb.viii.ro
ris mari.folioꝝ lauri.añ.℥.viii.rute.℥.vii.tamarici.℥.℥. eſ bri/ſauie/ bal
ſamite/thimi/ baſiliconis/ſaluie/pulegii/ ſem̃ poli mõtani/ calamẽti/ar
themiſie/ enule/ cãpane betonice/ folioꝝ recentiũ brãche vrſine rubee/mi
noris/iacce nigre/pinpinelle/agrimonie/ abſincii/ herbe palif/ herbe ſctẽ
marie/ciaꝝ ſãbuci/craſule/mili folii/ ſemp viue/camedreos/ quinq; ner
uie/centauree minoris/radicis pẽtafilon/herbe iudaice. añ.℥.iiii.⁊ ℥.ra
dicis malua uiſci/cimini/mirre.añ.℥.iiii.fenu greci.℥.i.⁊ ℥.butiri.℥.i.⁊.℥
ii.ſeis vrtice.violaꝝ papaueris nigri.cimaꝝ rubi.mẽte ſai racenice.et al
teri⁹ mẽte.radicis lapacioli.politricõ. cardi bñdicti.matriſilue. abrotai
ſtoracis calãite.ligue fuie.alleluya.criſpule.cãforate. medulle cerui añ.℥
℥.adipis vrſi.⁊ galline.maſticis añ.℥.i.olibani.℥.℥.olei nardini.℥.ii. Col
ligant̃ herbe oẽs i mẽſe madii ꝓma aut ſcõa die ſi fieri põt ab hora tercia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vſqꝫ ad meridiē. Cōficitur ſic. herbas tritas in vino odorifero ac optimo infunde diebus ſeptē/ die octaua coquātur lento igne: cū vinū incipit aliquantulū cōſumi addatur dictū oleum: ꝛ buliat donec herbe incipiant dimitti. Deinde ſtudioſe colentur: et proiectis corticibus iterum ſupmittantur. et cum inceperint bulire imponatur ſtorax. ꝛ cū bulierit modicum imponatur butirum et anſugia aliquantulū contuſſa. oleum nardinū. maſtix et olibanum poſt cera. et cum bene liquefactū fuerit continue cū ſpatula agitando ab igne deponatur. et cum coagulatū fuerit in vaſe recōdatur et vſui reſeruetur per annū.

## Unguentum aragon. Capi. cc.

Nguentū aragon. ideſt adiutoriū. Reſpicit ꝓprie materiā frām imbibitā in membris iuncturalibus. Unde liquefactū ad ignem in teſto oui. poſt ſuper inunctū ad ſolem vel ad ignem facit contra oīes guttas frigidas et paſſiones neruoꝝ ex frigida cauſa. et ad humorē frigidū ꝓprie morbis iuncturaliū. Unde confert ſpaſmo et thetano ex replexione. artheticis. ſciaticis tremori membroꝝ prodeſt valde. et ad dolorem ylii et renum. Inuncta ſpina vſqꝫ ad anum quartanarioꝝ cum eo ante horam acceſſionis confert valde. Confert etiam contra teneſmon et colicam ex frigida cauſa inunctum poſt ſpinam vſqꝫ ad anū Seruatur per annum. Et conficitur ſic. ℞. radicis cucumeris agreſtis. roris marini. maiorane. radicis pedis vitulli. ſerpilli. rute domeſtice. aā. ℥. iiii. ſeminis foliorum lauri. ſaluie. ſauine. aā. ℥. iiii. policarie maioris ꝛ minoris. aā. ℥. viii. brionie. ℥. iii. laureole. ℥. viii. nepte. folii cucumeris agreſtis. aā. lb. ß. maſticis. olibani. aā. ℥. vii. piretri. zinziberis. euforbii. piperis. ſeis petro aā. ℥. i. olei muſcellini. ℥ ß. adipis vrſi. olei laurini. aā. ℥. iii olei cōmunis. lb. v. cere. lb. i. et. ℥. iiii. herbe et radices infra biduum collecte menſe mahi vt dictum in marciaton: contuſſe fortiter in mortario ponantur ſuper ignem: donec bene coquantur: poſtea bene per ſaccum colentur: colatura tunc ſuper ignem iterum mittatur: et cum ceperit bulire addatur oleum laurinum. butirum. adeps vrſi. et cera liquefacta. et petroleon. et muſcellinū. poſtea maſtix. ʒʒ. piretrum et piper et euforbium. tunc ab igne deponatur ac recondatur.

## Unguentum agripa. Capi. cci.

Nguentum agripa. dicitur eo ꝙ herodes agripa rex iudeorum vtebatur eo: vel eo ꝙ ipſum inuenit. Reſpicit proprie neruos imbeciles leſos ex frigiditate. Et inunctum ſuper ventrem confert ydropicis. ac etiam omnibus tumoribus et doloribus frigidis quacunqꝫ parte corporis fuerit inuentum poſt fomentatioē oīm decoctōni ſanatōnis et mercurialis ſoluit ſtranguiriā fricando ſplenem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cū eo quolibꝫ mane ſoluit duriciē eius remolliti cū dialtea ꝛ diureticoꝝ
Inunctū ſupra ſtomachū ꝓuocat vomitū. laxatqꝫ ventrē inunctū cum
eo. ſupinunctū placat dolorē renū frāte. ℞. ſquille lb. ſ. brionie. lb. ii. ra-
dicis cucumeris aſinini lb. i. rad. preos ℥. iii. ra. filicis. ra. ebuli. ꝛ tribuli
marini. añ. ℥. ii. Fiat aūt ſic. Radices ter vel quater abluātur ac terātur
in mortario marmoreo. ꝛ in lb. iiii. olei cōis vel leucini iponātur biduo
Tercio vero die ſup ignem mittātur iterū. ꝛ cū bulire incepint ponātur
xv. ℥. cere albiſſime. liquefacta cera deponat̄ ab igne. ꝛ cū infrigidatū fu
erit collige ꝛ ſerua biennio.

## Unguentum fuſcum. Capi. ccii.

Unguentū fuſcū. ideſt nigrū. confert oībus vulnerib⁹. Nam car
nem laudabilē generat. ſaniem ac putredinē mūdat. inunguendo
circa labia vulneris mūdat poſt mūdificationē eius cum carpia.
Seruat̄ annis. ii. ℞. maſticis. olibani. armoniaci. galbani. ſerapi. terebē
tine. añ. ℥. i. olei cōis lb. i. picis a naue abraſe lb. ſ. colofoīe. ℥. iii. cere ī eſta
te. ℥. iii. ꝛ in hyeme. ℥. ii. Confitit̄ ſic. liquida cū oleo liquefiāt. ꝛ pulueri-
zanda puluerizētur / et cū liquefacta fuerint addatur cera / poſt celofoīa
poſt pix naualis / poſt ſerapinū ꝛ terebentina / ꝛ ad vltimū maſtix ꝛ oli-
banū cum ſpatula ſp agitando donec oīa liquefiāt / deindec cū liquefa-
cta fuerint: vſui reſeruētur. Qđ ſi queris per ipm exſiccationē: impone
maſticis litargiri atramēti. ꝛ corticis malagranati vſti.

## Unguentum pro ſerpiginoſis. Capi. cciii

Unguentū pro ſerpiginoſis: qđ cōfert ſerpiginoſis poſt purgatio
nem ꝛ elefantuoſ inungēdo poſt balneū aque dulcis. Seruatur
ꝑ annū. ℞. ſulfuris viui / aloes / litargirii aurei / auri pigmēti ru. argenti
viui / maſticis / olibani / cimi / picis fulligīs / anxugie / veteris porcie. añ. ℥.
vi. que ſunt tereda terātur. ꝛ ipa cū ſucco lapaci ꝛ oleo coī / ꝛ ſucco fumi
terre agitando donec fiat / nec liquidū nec ſpiſſum multū.

## Uuguentun album. Capi. cciiii.

Unguentū albū. dictū a colore quo inungendo mēbra ſcabioſa ex
flāte ſalſo pluries poſt balneū curat ea / confert etiā oī generi ſca
biei qđ qñqꝫ acuitur cū plūbo vſto. ipm etiā cōfert puſtulis / fiſtule / ꝛ cā
cro in virga virili / vlcerib⁹ nariū cruſtuloſ / excoriatōib⁹ gingiuaꝝ / pu
ſtulis faciei ex flāte ſalſo / ipetigī ꝛ ſerpigī / ꝛ ad mitigādū arſurā ex hūo
ribus corruptis / vlcerib⁹ tibiarū et aſſellaꝝ / et vlceribus inflāmatis. Et
fit ſic. ℞. ceru ſe. ℥. ii. litargirii. ℥. i. olibani ℥. iii. maſticis ℥. ii. vnaquaqꝫ
ſpecies teratur per ſe puluis ceruſe diſtemperetur cum modico oleo roſa
rum. poſt addātur litargiriū. deinde maſtix et olibanū cum piſtello ſu-
per agitando / et paulatim ſuper ponas acetū vel aquā roſarū ꝛ cū cepit
inſpiſſari imponatur oleum ꝛ de aceto ꝛ aqua ro. ꝛ tamdiu donec ſit in

© 2006 Ministerio de Cultura

corporatum liquidum.et reſeruetur in vaſe plumbeo.

## Unguentum contra ſalſum fleuma. Capi.ccv.

Vnguentũ contra ſalſum fleuma.℞. lapaci acuti ⁊ rotũdi. ſucci. ſcabioſe.mili ſolis.radicis feniculi.petroſilii. plantaginis. enule borragis.tanaceti agreſtis.gipſi.nitri.cimini.ypicon.celidonie.entalis.⁊ dentalis.ſulfuris. aloes. picis abraſe a nauibus maris.colofonie.auri pimẽti.olei cõis.ſepii arietis.lapidis armenici.lapidis agagatis.⁊ aliq̃tulum mellis.incorporentur.

## Unguentum laxatiuum. Capi.ccvi.

Vnguentũ laxatiuum.dictum laxatiuum eo ꝙ inungẽdo ſtomachũ ⁊ ylia cum eo calido laxat ventrẽ:educendo hũores fleumaticos.vnde confert ydropiſi ⁊ colice frĩs calculoſis.Uerum ſciendũ ꝙ fragmacare vnguẽtis vel emplauſtris tractiuis timoꝝ eſt valde verendum: q̃diu exhibitis interius morbis qui velint purgari.aut vbi ineſt euidẽs plectoria que etiã corpib⁹ tabefactis nunq̃ applicetur.ac etiã niſi membra interiora fuerint fortiora.niſi forſan ſerpẽtes.cetera ve aĩalia inſint in ventre.tũc eñi coloquintida diſtẽpata cum vaccino felle.ſup ventrẽq; epithiata educit ſolutione aĩalia oĩa. Uenter inũctus ex eo differat cibum ſumere ſex horis.Seruat̃ ꝑ annũ.℞.ſucci radicis cucũeris agreſtis.ſucci pomoꝝ eiuſdem.violaꝝ.ſucci mercurialis.ſucci radicis polipodii.ſucci lau. eole.ſucci capilli veneris.granoꝝ cathapucie excorticatoꝝ.añ ʒ.i.⁊ ß.ſucci cucũeris domeſtici.pulpe.coloquintide.ſucci calamẽti. ſucci radicis annabule.ſucci radicis ebuli. ſucci corticis mediani. radicis ſambuci.lactis titimalli.camamille añ.ʒ.ii.diagridii.ʒ.i.⁊ ß.nucis vomice caſtanee indice.euforbi .añ.ʒ.i.Colligãtur herbe oẽs menſe madii.Confice ſic.ſuccos oẽs ⁊ catapucias tritas cõmiſce cũ lb.iii.olei dulcis dieb⁹.vii. octaua aũt die tamdiu bulliãt quouſq; quãtitas fuerit cõſumpta.tunc adde cere ablute cũ felle tauri lb.i.agitãdo ſꝑ cũ ſpatula quouſq; cera fuerit liq̃facta.poſtea iponatur puluis terẽdoꝝ.et ſeruatur per annum.

## Unguentum populeon. Capi.ccvii.

Vnguentũ populeõ.dictũ populeõ eo ꝙ fit de oculis populi arboris a dño Apud oẽs cõpeſcit feruorẽ caloris nimii.vñ inũctis timporib⁹.pulſib⁹ ⁊ plãtis manuũ ⁊ pedũ eo ⁊ modico aceti.cõfert optĩe calori febriũ acutaꝝ ⁊ effimere.ac ꝓuocat ſompnũ.pagorizatq; dolorẽ arthetice calide.Inũgere epar cũ eo ⁊ oleo violaceo cum oleo ro.mitigat mirabiliter calorem ipſius. Superinunctũ compeſcit apoſtemata calida.ac prohibet ea ⁊ eſcarã.Inunctio vẽtris cum eo ⁊ oleo violaceo.prouocat ſudorem.Inunctum ab extra confert dolori aurium calido.Seruatur ꝑ annũ.℞.oculoꝝ populi.lb.i.⁊ ß.folioꝝ papaueris nigri.folioꝝ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mādragore.cimaꝝ rubi.teneri maꝝ.folioꝝ iuſquiami.albi.ſolatri.craſu le maioris ꝛ minoris.lactuce ꝛ bardane.herbe violarū vmbilici.veneris re.an̄.ʒ.iii.auxugie porcie re.ſine.ſale.lb.iii Fiat aūt hoc modo.oculi po puli ꝑ ſe piſtētur.magdaliones inde formētur:ac per duos dies dimittā tur.tercia vero die herbe ſupradicte colligant̄.ꝛ bn̄ ꝑ ſe terātur.ꝛ rurſus magdalionibꝰ informatis ſtent biduo.ꝑ octo dies reſeruētur:tunc iterū cū anxugia piſtētur.ꝛ magdaliones fruſtrati inciſi:mittātur cum calda rio.vel in lb.i.odoriferi vini ac optimi.ꝛ buliāt vſqꝫ vini ad conſumptio nem cum ſpatula ſemꝑ agitando.deinde ꝑ ſaccum cōprimendo cola ꝛ di mitte frigeſcere.ac in vaſe reconde. Seruatur per annum.

## Vngueutum apoſtolorum. Capi.ccviii.

